













Britannie utriusqz Regū

Et Principum Origo & gesta insignia ab Galfrido Monemutensi ex antiquissimis Britannici sermonis monumentis in latinum traducta: & ab Ascensio rursus maiore accuratione impressa.



Venundantur in eiusdem ædibus.

Iuo Cauellatus Heruæo Kaerquiffinenno. S. D.

Quia a maioribus nostris sæpius intellexeram circũspecte vir ipsos a Troianis originẽ habuisse: dirutaq; Troia corũ ptẽ Italiã petiisse: ptẽq; captiuã ad Græciã sub Pãdrasi grę coꝝ regis potestatem missam fuisse: Bruti tñ tandem stratagemate & virtute (qui Italiam petierat a qua exulãs grę ciam adiuit) liberatã, Græcorũ seruitutẽ exiisse: & ad Albion quã postea Britãniã a Bruto & a seipsis Britonib⁹ vocatam voluere: venisse: quã & Angliam ab anglis siue Saxonibus eam nunc occupantibus dicunt, ab ipsa tñ aliqñ (si Merlini pphetiis fides adhibẽda est) exterminandis, tant⁹ me inuasit ardor: atq; sciscitandi auiditas: an videlicet ea q̃ vulgo prædicabantur vera forẽt (dicebãt etẽm diuũ Gildam & venerabilẽ Bedã ipsoꝝ pclara gesta & facinora scripsisse, quod & Galfridus huius historiæ author testatur) cum me qñq; in bibliothecam collegii Corisopitẽsis Parrhisiis siti nõnullorũ librorũ visendorũ gratia contulissem libellũ quẽdã historiã regũ Britanniæ nũcupatũ: situ & pedore squalentẽ atq; horridũ repperi: qđ diu desideraueram continentem, repertũ (dii boni) quanto animi affectu iterũ atq; iterum legi & perlegi! quãta obseruãtia habui! neq; ab re, cũ ex illo mihi patuerit historia quæ prius fabula videbatur. Vnũ tamẽ moleste ferẽs q tã pclarus liber tot & tanta strenuissimorum principum gesta pæclara continẽs pluribus sanctis & religiosis viris approbatus: tot mendis atq; erratis contaminatus fuerit: vt vix ipsum quispiam intelligere quiuerit. Quapropter de huiusce historiæ iactura atq; deiectione condolens: huc & illuc per multas hui⁹ Gymnasii Parrhisiẽsis discurrẽs bibliothecas: tres alios cõmẽtarios supiori noĩe nũcupatos inueni: duos videlicet in cœnobio sancti Victoris Parrhisiẽsis: alterũ scilicet in eoꝝ bibliotheca vetustissimis characteribus scriptum: alterũ

vero penes Reuerēdissimū in Christo patrē & dominū: dominū abbatē dicti Coenobii: quē p seipso scribi fecerat: magnoq; obseruabat cultu: tertiū autē apud Carmelitarū dictæ vrbis Coenobiū: & in eorūdē bibliotheca catena ferrea inter chronica affixū. Hos simul inuētos sibiinuicē cōtuli: collatos (vtcūq;) castigaui: castigatos imprimēdos curaui. Nihilominus cū tot & tanta in ipsis adhuc dissidia reperirē: tum q a nemine hactenus castigati: tum q pter autoris antiquitatem scriptorum errore viciati essent: ipsum consummatum virum Iodocū Badium Ascensium in hac re consulere: ipsumq; oratū ire decreui: q si aliqua scabra nimis atq; inculta in dicta historia offendat (prȩsertim quæ ad sententiā intelligendā difficultatem adderent) vt suos & quidem pios obeliscos in eā mittat nihil addēdo nihilq; abiiciendo quod sententiam variet aut peruertat. Quod si quidē (vt credo facturū) fecerit: Britones oēs æquū amantes præsertim generosi qui se a tali sanguine autumant generatos ipsi in æuū sese esse obnoxios sciant & agnoscant, cuius opera & accuratione tam foecunda historia, tam prȩclara facinora ab eorum atauis gesta continens: in lucem veste recenti induta: solito clarior: intellectuq; facilior: veniat. Quod vt ab ipso Ascēsio copiosius impetrarē: ipsum hoc epigrāmate cōprecatorio duxi conueniendum. Vale vir dignissime & studiis nostris faue. Ex collegio nostro Corisopitensi ad Idus Iulias anni salutiferi. M. D. VIII.

Iuo Cauellatus Iodoco Badio Ascensio. S. D.

Hanc pie mitto tuas Ascensi pronus ad ædes
Historiam: veterem ponat vt illa situm.
Cumq; diu lacera latuit iam squallida veste
Prodeat: atq; tua vadat amicta toga.
Prodeat: & lucem spectet qua tempore longo
Orba nimis (tunica deficiente) fuit.

Iodocus Badius Ascensius
Iuoni Cauellato S.D.

Iuo lubens veterum legi monumenta virorum:
In quibus historiæ est gloria prima fides.
Atq; ea doctorum mittenda sub ora per orbem
Curaui prælo multiplicata meo.
Sed maiore fide q̃ qui tersere Maronem
Vt quibus addidimus sustulimusq; nihil.
Argumenta quidem tua sunt: stellisq; notata:
Sed tamen indicium dixeris esse meum.
Et quæ pieridum puer iste ad munera natus
Edidit antiquo carmina digna viro:
Propterea tua sunt pueri q; pollice gnaro
Formasti in ludo cærea corda tuo.

Iuo Cauellatus libellum in lucem
prodeuntem affatur.

Quid piger ire times? secure vade libelle:
Iudicium vulgi quid nisi fumus iners?
Quid timeas inquam? te nunc Ascensius illa
Fulsit lorica: quæ inuida tela quatit.
Ergo tutus iter dubitans nil sumere totum
Iam potes: & patriæ mira referre tuæ.

¶ Sequẽtis operis de gestis & origine regũ vtriusq; Britãniæ rerũ pręcipue adnotãdarũ Index secũdum literarum ordinem.

Finis Tabulæ Alphabeticæ.

Alani Aurei ad Alanũ Bõnezgatũ iurisperitũ & Canonicum Pictauensem Carmen.

EXemplo si nosse cupis dux impiger armis
Quid valet: inuictiq; animi sapientia: quid vis:
Quid ꝓbitas innata potest: fatalia passim
Acris perspicito Bruti discrimina: quotq;
Vicerit in terris accessa pericla mariq;.
Quæ bene si noscas ex paucis omnia pensans
Brutum comperies cauto nil cedere Vlyssi.
Hincq; tibi notum euadet, cur rura Britanna,
Quando: & vt argolico petierunt Troes ab orbe:
Albion & quare sit dicta Britannia: cur nos
Britones: & (similis quæ vox est pene) Britanni.
Insuper attonitus cui territa terga dedisset
Cæsar: & Armoricos quo sub duce subdere fontes
Fluminaq; & saltus & amœno gramine campos
Venissent: si scire iuuat te: mutua fortes
Bella quot Angligenas contra gessere Britanni:
Si quæ Merlinus cecinit pręsagia vates:
Hunc conuolue librum qui dicet, si cupis vltra
Magnificas pompas regum & conuiuia: si post
Prælia dira virum & crudeles cernere pugnas
Noscere et intra acies & cædibus vndiq; septum
Magnanimum Arthurum: & totum lege deniq; librum
Qui tibi perlectus q̃ longo stemmate ducta est
Gentis origo tibi: quando primordia sumpsit
Bõnezgata domus: quid demum est vtile: quid non
Plenius & melius Chrysippo & Crantore dicet.

Τέλος.

Alanus Aureus Iuoni Cauellato præceptori suo. S.

Multa concurrũt pceptor optime qbus credã historiã hãc si minus culte veraciter tñ ab Galfrido traductã. Primũ ꝙ homo minus eruditus & Troianæ & Romanæ & Barbarę gẽtis noĩa tã belle ꝓtulit: vt nõ finxisse sed traduxisse videatur. Deinde ꝙ vt originẽ attestaret̃ Britãnici sermonis nõ nulla ĩseruit: vt Pendragon qđ caput est draconis: Map. i. filius, & q̃dã alia. Atq₃ vt Saxonũ gesta agnoscas: etiã verba eoꝝ cõmiscuit vt Wacht heil. i. obserua salutẽ qđ adbibẽtes dicũt. Quocirca ĩ orthographia subĩde discrepãtia est. Nã q̃ Saxones & eoꝝ sequaces per W scribũt: Britones fere per gu scriptitãt: vnde nũc Wintoniã: nũc Guintoniã: nũc NortWegiã: nũc Norguegiã offendas. Tũ tẽpoꝝ calculus & supputatio diligẽtissime obseruata: multũ sibi fidei vẽdicãt: nisi ꝙ ꝓphanæ etiã sacrã historiã miscet: & antiquissimę recẽtiorẽ. Nam si quo tẽpore res gestæ sunt etiã scriptas putes: vnde Petri & Marci & Augustini fiat mentio? Quæ quia fit necesse est multo post rẽ gestã historiam perscriptã, aut a diuersis adnotatã ab vno collectam, & ab Galfrido tralatã: q verius & fidelius de Lucio primo Christiano apud Britãnos rege: deq₃ Arthuro disseruisse visus est q̃ quidã vir magni noĩs in cõpẽdio de Frãcorũ gestis. Vtcũq₃ est multa tibi debebũt nostrates principes: in qbus verũ & genus & nomẽ mãsit Britãnicũ: ꝙ tua opera tã fideliter opus hoc in lucem prodeat. Vale Et me redama.

Eiusdem Alani Aurei ad Henricum Talecum virum vndecũq₃ conspicuum Carmen.

Henrice linque parum diuersa negocia: grandes
Causas: & manibus quod tibi fertur, habe.
Scilicet historiam legito de gente Britanna:
Quæ genus & mores gentis & arma refert.
Hinc tu forte feres æqualia commoda: namq₃
Hic etiam quæ sint noscere honesta potes.

Τέλος.

Inclytissimo principi dño Roberto Claudio cestriæ duci inuictissimo, Galfrid⁹ Monemutensis cum omni veneratione Salutem.



Cum mecũ multa & de mltis sæpius aio oculisq; reuoluẽs in historiã regum Britãniæ incidissem: miratus sũ non modicũ ꝙ in iis cõmentariis quos de eis Gildas & Beda luculẽter cõscripserãt: nihil de regib⁹ q ante incarnationẽ Christi Britãniã inhabitauerãt: nihil etiã de Arthuro cęterisq; cõplurib⁹ q post incarnationẽ successerãt reperirem: cum & gesta eorũ digna æternitatis laude cõstarẽt: & a multis populis quasi inscripta mẽtibus & iucunde & memoriter ꝑdicarent. Talia igit mihi & de talibus multotiẽs cogitanti, obtulit Galterus Oxonioforden sis archidiacon⁹ vir in Oratoria arte atq; i exoticis historiis insigniter eruditus: quẽdã Britãnici sermonis librũ vetustissimũ q a Bruto britonũ rege p̃io vsq; ad Caduallадrũ filiũ Caduallõis gesta & annales oĩm cõtinue & ex ordĩe ꝑpulchris orõnibus nobis ꝑponebat. Rogatu igitur illius ductus: tãetsi ĩtra alienos hortulos falerata verba nõ collegerim: agresti stylo ꝑpriisq; calamis contentus: codicẽ illũ in latinum sermonem transferre curaui. Nã si ãpullosis dictiõib⁹ paginã illiuissẽ: tędiũ legẽtib⁹ igessissẽ dũ magis i exponẽdis verbis q̃ i historia ĩtelligẽda ipos ĩmorari oporteret. Opusculo igit meo Roberte dux Claudiocestrię sic faueas vt te monitore teq; ꝑside sic corrigat: vt nõ ex Galfridi Monemutẽsis fõticulo cẽseat exortũ: sed sale Mineruæ tuę cõditũ: illi⁹ cẽseat editio: quẽ Henricus illustris rex Anglorũ gñauit: quẽ phia liberalib⁹ artibus erudiuit: quẽ innata ꝓbitas in militia militib⁹ ꝑfecit: vnde Britãnia tibi his tꝑib⁹ nostris ac si alterum Hẽricũ adepta esset iterno cõgratulatur affectu.

Vale.



Iuo Cauellatus Lectori Salutem.

Inclyta Dardanidum si stemmata noscere regum
Brittonicumq; genus quod venit inde: petis:
Et si cur prisci gestarint sceptra requiris:
Cur insigne premat prisca corona vetus:
Ecce tibi verum poteris contingere callem:
Quo (duce Galfrido) verius orbe nihil.

Britanniæ insulæ longe clarissimæ situm: flumina & populos: ipsam quoq; omnis generis metallo abūdantem: & quid in longum latumve contineat: & qui primi incolæ eius fuerunt: declarat.

Caput.I.



Ritannia insularum optima: in occidētali oceano inter Galliā & Hyberniam sita: octingenta milia in longū: ducenta in latum continens: quicquid mortaliū vsui congruit indeficiēti fertilitate ministrat. Omni etenim genere metalli foecunda, campos late sparsos, collesq; præpollenti culturæ aptos habet. In quibus frugū diuersitates vbertate glebæ temporibus suis proueniunt. Habet nemora diuersis ferarum generibus repleta: quæ & pecudibus gramina: & aduolantibus apibus flores colorum variorū & mella producunt. Habet & prata sub aeriis montibus amoeno situ virentia, in quibus fontes limpidi per nitidos riuos leui murmure manantes pignus suauis soporis in ripis accubātibus irritant. Lacubus quoq; & piscosis fluuiis irrigua: & præter meridianę plagę fretum quo ad Gallias nauigatur tria nobilia flumina Tamesum videlicet Sabrinā necnō & Humbrū velut tria brachia extendit: quibus transmarina cōmercia ex vniuersis regionibus eidē nauigio deferūtur. Bis denis bisq; quaternis ciuitatibus olim decorata erat: quarum quædam dirutis moenibus in desertis locis squalescunt: quædam vero adhuc integræ templa sanctorum cum turribus perpulchra proceritate erecta continent. Quibus religiosi coetus virorum atq; mulierum obsequium deo iuxta Christianam traditionem præstant. Postremo quinq; inhabitatur populis: Britonibus: Saxonibus: Romanis: Pictis: & Scotis. E quibus Britones olim ante cęteros a mari vsq; ad mare insederūt: donec diuina

Britões ob suam supbiam vltione diuina coacti: britãniá reliqrũt.

vltione ob ipsorum superbiam, superuenientibus pictis & saxonibus cesserũt. Qualiter autem cesserint: & vnde aduenerint, restat nunc prælibare vt in sequentibus latius explicetur.

¶ Quomodo Brutus ex Syluio Aeneę nepote genit⁹, post parentum interemptionem ex Italia exul in Gręciã pficiscens, Helenum Priami filium sibi consanguinitate iunctũ: qui sub potestate regis Græcorum tenebatur: reperit.

Caput. II.



Eneas post Troianũ bellũ, & vrbis excidiũ cum Ascanio diffugiens Italiã nauigio adiuit, ibi cum a Latino rege honorifice suscept⁹ esset, iuidit Turnus Rutulorum rex, & cum illo congressus est. Dimicantibus illis præualuit Aeneas, perẽptoq; Turno, regnũ Italiæ & Lauiniam filiam Latini est adeptus. Deniq; suprema die ipsius superueniẽte, Ascanius regia potestate sublimatus, condidit Albam supra Tyberim, genuitq; filium cui nomen erat Syluio, hic quandam Lauiniæ neptem vxorem ducens grauidam reliquit, cum id patri Ascanio compertum esset, pcepit magis suis explorare vtrũ sexũ puella cõcepisset: qua re comperta, dixerunt magi ipsam grauidam esse puero, qui patrem & matrem interficeret, pluribusq; terris peragratis, ad summum tandem culmen honoris puentret. Nec illos quidem fefellit vaticinium. Nam vt dies partus accessit, edidit mulier puerum, & in natiuitate eius mortua est. Traditur autem ille nutrici, vocaturq; Brutus. Cumq; .xv. anni elapsi essent, comitabatur iuuenis patrem in venando, ipsumq; inopino ictu sagittæ interfecit. Nam cum famuli ceruos in eorum occursum ducerent, Brutus telum in ipsos dirigere affectans, genitorem sub pectore percussit, quo mortuo expulsus est ab Italia, indignantibus consanguineis ipum tã dirũ facinus fecis

Alba ab Ascanio condit.

Brutus nascit.

Syluius occidit.

se. Exulans ergo adiuit Graeciã: inuenitq; Heleni filii Priami progeniem: quae sub potestate Pandrasi Graecorum regis in seruitute tenebatur. Pyrrhus etenim Achillis filius post ipsam Troiae euersionem: prędictum Helenum compluresq; alios in carcerem trahens (vt necem patris in ipsos vindicaret) in captione teneri praeceperat. Agnitaq; veterum conciuium prosapia moratus est Brutus apud eos. Adeo autẽ in re militari & probitate vigere coepit: vt a regibus & ducibus prae reliquis iuuenibus patrię amaretur. Erat nãq; inter sapientes sapiens: inter bellicosos bellicosus: & quicquid auri vel argenti siue ornamentorum acquirebat: totum suis cõmilitonibus erogabat. Diuulgata itaq; per vniuersas nationes ipsius fama: coeperũt vndiq; ad ipsum Troiani cõfluere: orãtes vt ipso duce a seruitute Graecorũ eriperentur: qđ facile fieri asserebant cum in tantũ numerum iam multiplicati essent, nam eorũ septem milia (paruulis & mulieribus exceptis) iam cõputabãtur. Praeterea erat quidã nobilissimus iuuenis in Gręcia cui nomen Assaracus: qui rebus quoq; eorum fauebat ex Troiana matre natus: fiduciamq; in illo habebant maximam: vt eius auxilio inquietudini Graecorum resistere possent. Arguebat eũ frater eius propter tria castra quibus ipsum moriẽs pater donauerat quę ipsi auferre conabatur frater: quia ex cõcubina natus fuerat. Erat autẽ frater: patre & matre Gręcus: asciueratq; regẽ cęterosq; Graecos causę suae fautores. Inspiciẽs ergo Brutus & virorum multitudinẽ: & qualiter Assaraci castella sibi patebãt: petitioni eorũ securus acquieuit. Electus igitur in ducẽ conuocat vndiq; Troianos & Assaraci oppida munit. Ipse vero & Assaracus cũ tota multitudine virorũ & mulierum quę eis adhęrebãt in nemora & colles secedũt. Deinde Brutus literas suas in haec verba regi dirigit.

Brutus exulat ab Italia.

Assaracus ex genere Troianorũ.

Brutus I Pãdrasũ cõspirat.

¶ Bruti ad Pandrasum epistola. Cap. III.



Andraso græcorũ regi Brutus reliquiarum troię dux salutem. Quia indignum fuerat gentẽ præclaro genere Dardani ortã, aliter in regno tuo tractari: q̃ nobilitatis serenitas expeteret: sese intra abdita nemorum recepit. Præferebat namq; ferino ritu carnibus videlicet & hęrbis vitam cum libertate sustentare: q̃ vniuersis deliciis refocillata diutius sub iugo seruitutis tuæ permanere. quod si celsitudinem tuę potentiæ offendit: nõ est ei imputandum sed venia adhibenda: cum cuiusq; captiui communis sit conditio, velle ad pristinam dignitatem redire. Misericordia igitur super eam motus amissam libertatem largiri digneris: & saltus & nemora quæ vt seruitutem diffugeret occupauit: habitare permittas. Sin autem id negaueris concede vt ad aliarum terrarum nationes cũ tua permissione abscedant.

Pandrasus literis Bruti visis exercitum parat vt sparatinum castrum & deserta quæ Brutum habitare putabat: peteret: hoc a bruto percepto Pandrasum impræmeditatũ inuadit multisq; eorum interfectis Antigonum & Anacletum captiuos detinuit.

Caput. IIII.



Andrasus ergo agnita literarum sententia, vltra modum admiratus est ipsos quos in seruitute tenuerat, tanta audacia abundare vt ei talia mandata dirigerent. Conuocato itaq; procerum suorum consilio exercitum colligere decreuit, vt ipsos persequeretur. Dum autem deserta in quibus eos esse existimauerat: & oppidum sparatinũ peteret, egressus est Brutus cum tribus milibus virorum, ipsumq; nihil tale pręmeditatũ inuadit. Audito nãq; aduentu ipsius in prædicto oppido sese præcedenti nocte immiserat: vt in ipsos inermes & sine ordine euntes inopinam irruptionem faceret. Impetu itaq; facto inuadunt acriter Troiani: stragem ingerere nitẽtes. Gręci

confestim stupefacti in omnes partes dilabuntur: & rege suo præcedente fluuium Akalon qui prope fluebat transire festinant: At transeundo intra voraginem fluctus periclitantur. Quos sic diffugientes Brutus infestat, infestatosq; partim in vndis, partim in ripa prosternit: & nunc huc nunc illuc discurrentes duplicem necem illos adire lætatur. Quod vbi Antigonus Pandrasi frater conspexit: vltra modum doluit: vagantesq; socios in turmam reuocauit: celeriq; impetu in sæuiētes Troes reuertitur. Malebat nāq; resistendo interire q̄ turpi fuga lutosis gurgitibus submergi. Densa igitur acie incedens sociosq; suos viriliter resistere cohortans: letifera tela totis viribus cōtorquet: sed parum vel minimū profecit. Nam Troes armis muniti erant: cæteri vero inermes. Vnde audacius insistentes cædem miserandam inferebant: nec eos hoc modo persequi desierunt donec cunctis fere interfectis Antigonum & Anacletum socios retinuerunt.

¶Brutus post eam victoriam oppidum militibus muniens sese intra deserta recepit. Obsessum postmodum oppidi præsidium Brutum in auxilium vocauit: qui campestre prælium cum inimicis gerere non sufficiens: Antigoni & Anacleti Græcorum ad proditionem formidine coactorum opibus fretus hostes intra sua castra sub noctem funditus perdidit.

Caput. V.

BRutus vero potitus victoria oppidum sexcentis militibus muniuit: petiuitq; nemorū abdita: vbi Troiana pubes illius subsidium expectabat. Pandrasus interea ob fugam suam fratrisq; captionem anxiatus: nocte illa populum dilapsum recolligere conatus est: Cūq; postera rediisset lux obsidere oppidū cum recollecto

populo progressus est. Arbitrabantur enim Brutum se immisisse intra ipsum cũ Antigono cęterisq; captiuis quos ceperat. Vt ergo ad mœnia peruentum est, explorato castelli situ exercitũ per turmas disponit: diuersisq; locis ĩ circuitu locauit, indixitq; suis vt egressum inclusis abnegarent. cursusq; fluminum auerterẽt. Crebrisq; arietibus cęterisq; machinis murorum cõpagẽ dissoluerẽt. Qui pcepta effectibus exequentes omni nisu cõtẽdebant vt obsessos crudeliter infestarent. Supueniente autem nocte audaciores deligebant qui dum cæteri labore fessi quietem soporis caperent castra & tentoria ab hostium furtiua incursione tuerentur. At obsessi in edito murorum stantes contranituntur vt hostium machinationes contrariis machinationibus repellant, nunc tela, nunc sulphureas tedas eiicientes sese vnanimiter defendere intendunt. Cum autem parata testudine murus suffoderetur, gręco igne atq; calidarum aquarum aspergine hostes retrocedere cogebant. Cibi tamen pœnuria & quottidiano labore afflicti legatum ad Brutum miserunt postulantes φ eis in auxilium festinaret. Timebant enim ne in debilitatem redacti oppidum deserere cogerentur. Brutus vero subsidium præbere affectans internis angoribus cruciatur, quia tot milites non habebat quot ad campestre prælium committẽdum sufficerent, Callido sed vsus consilio proponit castra hostium noctu adire ipsosq; soporatos deceptis eorũdem vigilibus interficere. Quoniamq; id fieri non posse sciebat absq; alicuius Græci assensu & auxilio Anacletum socium Antigoni ad se vocauit: illumq; stricto gladio in hunc modum affatus est. Egregie iuuenis finis vitæ tuæ Antigoniq; adest nisi ea quæ tibi præcipiam executus voluntati meæ fideliter acquieueris. Affecto autem in hac sequenti nocte castra græcorũ adire, vt ipsos inopina cæde afficiam, Sed timeo ne eorũ vigiles cõperto dolo, inceptum: impediãt.

Quia ergo illos prius iterimere oporteret: desiderarē illos per te decipere vt ad cæteros tutiorē aggrediēdi aditum haberem. Tu vero callide negotium hoc agens in secunda noctis hora vade ad excubias & quemq; fallacibus verbis demulcendo dices te Antigonum a carceribus meis aue-xisse venisseq; ad conuallem nemorum & ibidem illum in-ter frutices delitere: nec longius abire posse propter pedi-cas quibus eum simulabis impeditum. Deinde duces eos ad exitum nemoris quasi eum liberaturos vbi ego cum ar-mata manu adero paratus illos perimere. Anacletus er-go viso gladio qui inter hæc verba morti suæ imminebat: cōtinuo perterritus iureiurādo promisit sese præceptum illud executurum si sibi & Antigono diuturnior vita con cederetur. Confirmato foedere deniq; in secunda noctis ho ra quæ iam instabat castra Græcorum versus: iussum iter arripuit. Cum tandem prope castra incederet occurrerūt vndiq; vigiles: qui omnia loca circa castra prospiciebant: quęrūtq; eius aduentus causam: & vtrum ad prodēdum exercitum venisset: Quibus ille ingentem lętitiam simu-lans in hæc verba respondit. Non equidem gētis meę pro-ditor venio, sed carcerem Troianorum euadens ad vos dif fugio: orans vt mecum ad nostrum Antigonum veniatis quem ex vinculis Bruti eripui. Illum quidem pondere cō pedum detentum paulum in exitu nemoris inter frutices delitere iussi: donec aliquos inuenirem, quos ad eum libe-randum conducerē. Dubitantibus vero illis an verū dice-ret, superuenit vnus, qui eum agnouerat, & salutato ipso indicauit sociis quis esset. At illi nihil hæsitantes cæteros qui aberant ocyus aduocauerunt: & secuti sunt eum vsq; ad siluam: qua Antigonum delitere prædixerat. Illis inter frutices progrediētibus emergit Brutus cum armatis ca-teruis & impetu facto ipsos perterritos sæuissima cęde ma ctauit. Confestim profectus est ad exercitum diuidens so-

Verisilis calliditas.

Antigoni fraus.

cios suos per tres turmas, praecepitque vt singulae singulas partes castrorum astute & sine tumultu adirent: nec intro recepti, caedem alicui ingererent: donec ipse cum sua cohorte regis tentorio potitus, lituum suum in signum sonare faceret. Hoc pacto vt ipsos quid acturi erant edocuit: ilico intra castra sese immittunt & praecogitatas partes adepti signum promissum expectant: quod eis dare Brutus non distulit, postquam Pandrasi tentorium (quod super omnia estuabat aggredi) prope staret: quo audito enses ocyus euaginant cubilia sopitorum ingredientes letiferos ictus ingeminant: & nulla caede mansuefacti castra in hunc modum perturbant. Ob gemitus morientium expergiscunt caeteri, visisque laniatoribus velut oues repentino horrore a lupis occupatę stupescunt, nihil subsidii expectantes cum neque arma capiendi neque fugiendi periculum spatium haberent. Discurrunt iam sine armis inter armatos quo ducebat eos impetus. Sed irruentibus hostibus continuo dilacerantur. Qui semiuiuus euadebat auiditate fugae festinans scopulis vel arboribus allidebatur, animamque cum sanguine emittebat. Qui solo clypeo vel quolibet alio tegmine munitus, in scopulos incidebat timore mortis accelerans obscura morte cadebat, cadentique vel brachia vel crura frangebatur. Cui neutrum horum contingebat inscius quo diffugeret: in prope fluentibus fluuiis submergebatur, vixque aliquis illęsus abibat, quin aliquo infausto casu periclitaret, oppidi quoque custodes agnito commilitonum aduentu egressi caedem quae dabatur duplicabant.

Dirę caedes bruti i graecos.

¶ Brutus cum capto Pandraso oppidum ingreditur, vbi cum suos consuleret quid potissimum a capto rege postularet, suadet Nempricius liberum poscere commeatum quam partem aliquam Graeciae inhabitandam, praestare. Caput, VI.

T Brutus tentorium regis (vt dictum est) nact⁹ ipsum munire & conseruare sategit. Sciebat enim sese magis per vitā regis q̄ per mortem adepturū quod affectauerat. Turma autem quæ cum eo erat nō cessabat stragem facere, partesq; quas adepta erat vsq; ad internicionem deleuerat. Vt igitur noctem in hūc modū cōsumpsissent, & lucente iam aurora tanta patuit populi ruina, Brutus maximo gaudio fluctuans socios peractę cædis spolia iuxta libitum suum tractare permittit. Deinde cum rege oppidum ingreditur: expectaturus dum gazas distribuerent, quibus distributis muniuit iterum castellum cadaueraq; sepulturæ dari pręcepit, collectisq; cateruis ad nemora cum læta victoria remeauit. Vt autem tantam suorum animis infudit lætitiā inclytus dux maiores natu cōuocauit, quęsiuitq; ab eis quid a Pandraso petere suaderēt. nam cum in potestate eorum detentus esset per omnia petitioni eorum acquiesceret: vt liber abire sineretur. Illi diuersis affectibus diuersa cupiētes pars regni portionem inhabitandam petere hortabantur, pars vero libertatem abeundi & quę euntibus viatica necessaria forent poscere suadebant. Cumq; diu in ambiguo extitissent surrexit vnus ex illis Nempricius nomine, obtētoq; silentio audientibus cæteris ait, vt quid hęsitatis patres in his quæ saluti vestræ reor accommoda? vnum petendū puto discedendi videlicet libertatem si vobis vestrisq; posteris pacem habere firmam desideratis, nam si eo pacto vitam concesseritis Pandraso, vt per eum partem gręciæ adepti inter Danaos manere velitis, nunq̄ diuturna pace fruemini: dum fratres filii, & nepotes, quibus hesternam stragem intulistis: vobis immixti vel vicini fuerint. Semper enim parentum necis memores vos capitali odio persequentur: quibusuis etiam nugis incitati vindictam sumere nitentur. Nec vobis pauciorem turbam habentibus tanta vis erit vt tot vi-

Pandrasus a bruto capit.

Bonum cōsilium

rorum oppugnationi resistere queatis. Q; si decertatio in ter vos accesserit numerus eorum quotidie augebitur: vester vero minuetur. Laudo igitur vt ab eo suam filiam primogenitam (quam Ignogen vocant) petatis duci nostro coniugem: & cum ea aurum & argentum naues & frumēta: et quicquid denique itineri nostro necessarium putaueritis. Si id impetrauerimus poterimus ipso permittente ad alias nationes nauigare.

¶ Placet cunctis Nempricii sententia: paretque Pandrasus eorum petitioni. E Græcia igitur postq̄ discesserunt: in desertam insulam incidunt: vbi responso a Diana accepto Albion sedes perennis per varias gentes, & Pyratarum pericula expetitur.

Cap. VII.



Tt his & cōsimilibus finem dicendi fecit: acquieuit ei tota multitudo: atque suasit vt Pandrasus in medium adduceretur: & nisi suæ petitioni faueret ad sæuissimam mortem damnaretur. Nec mora, adductus est: & in cathedra cæteris celsior collocatus: vbi edoctus tormenta quibus affligendus erat nisi ea faceret quæ iubebatur: in hunc modum respondit. Quoniam aduersi dii me: meumque fratrem Anacletum in manus vestras tradiderunt: parendum esse vestræ petitioni existimo: ne vitam quæ arbitrio vestro & adimi & concedi potest (si repulsam passi fueritis) amittamus. Nihil enim vita prestātius, nihilque iucundius censeo: nec est mirandum si illam exteris bonis atque rebus redimere velim. Q;uis tamen inuitus præceptis vestris obediam: solatium habere videor quia filiam meā tantæ probitatis adolescenti daturus sum quē ex genere Priami & Anchisę procreatum & nobilitas

Troianorū Pandrasus petitioni inuitus annuit.

Brutus ex gnē Priami & Anchisę ortus.

quę in ipso apparet,& fama nobis cognita declarat. Quis etenim alter exules Troiae in seruitutem tot & tantorum principum redactos eorundem vinculis eriperet? Quis cũ illis regi Graecorum resisteret,aut cum tam paucis tot armatorum tantas copias praelio deuinceret? initoq; congressu regem eorum vinctum duceret? Quia ergo tantus iuuenis tanta probitate mihi resistere potuit,do ei meam filiam Ignogen,do & aurum & argentum,naues,frumentum vinum & oleum,& quicquid itineri necessarium duxeritis. Et si a proposito diuertẽtes cum Graecis remanere volueritis,tertiam regni mei partem vobis inhabitandam concedo. Sin minus mea promissa effectu prosequar. Et vt securiores sitis vobiscum quasi obses manebo dum omnia perfecero. Conuentione itaq; facta diriguntur legati per vniuersa Graeciae littora colligere naues. Quae vt collectae fuerunt trecentae & viginti quatuor numero praesentant omni genere farris onerantur,filia Bruto maritatur. Et quisq; prout dignitas expetebat auro & argento donatur. Peractis igitur cunctis rex liber a carcere simulq; troes ab eius potestate secundis ventis abscedunt. At Ignoge in excelsa puppi stans saepius inter Bruti brachia in extasi collabitur fusisq; cum singultu lachrymis parentes & patriã deserere deflet & cõqueritur. Nec oculos a littore diuertit, dum littora oculis patuerũt,quã Brutus blanditiis mitigãs,nũc amplexibus:nũc osculis & verbis fletum auertere nititur Illa sed inceptis nõ desistit:donec fletu fatigata sopori sese submittit. Inter hęc & alia duobus diebus & vna nocte prospero ventorum flatu continuato applicuerunt se & classem in quandam insulam vocatam Lergeciã quę antiquit[9] ab incursione pyratarũ deuastata a nemine inhabitabatur In illam ergo Brutus misit trecentos armatos ad explorandum qui eam inhabitarent. Qui neminem experientes feras diuersorũ generum intra saltus & nemora inuentas in

Pandrasus Bruto laetus filiã connubio iũgit.

Discedit e graecia Brutus.

In insulã Lergeciã dãdunt.

terficiunt: veneruntq; ad quandam ciuitatem desertam in qua templum Dianæ reppererũt: In eodem imago deæ responsa dabat si forte ab aliquo veneranti peteretur. Præda igitur venationis onerati reuertuntur ad naues suas: patriæq; situm & ciuitatem sociis prædicant: suadent duci templum adire atq; litatis donis a numine loci inquirere: quæ regio eis certæ mansioni præberetur. Communicato omniũ assensu assumpsit secum Brutus Gerionem augurem: & duodecim maiores natu: petiuitq; templum cum omnibus quæ ad sacrificium necessaria erãt: quo vbi vẽtũ est, circũdatis tempora vittis ante adytum veterrimo ritu tribus diis Ioui videlicet Mercurio necnõ & Dianę tres focos statuerunt: singulisq; singula libamina dederunt. Ipse Brutus ante aram deæ vas sacrificii plenum vino & sanguine ceruæ candidæ dextera tenens erecto vultu ad effigiem numinis silentium in hæc verba dissoluit.

Oratio Bruti.

Diua potens nemorum terror siluestribus apris:
Cui licet anfractus ire per æthereos:
Infernasq; domos: terrestria iura resolue
Et dic quas terras nos habitare velis.
Dic certam sedem qua te venerabor in æuum
Qua tibi virgineis templa dicabo choris.

Hæc vbi nouies dixit circuiuit aram quater: fuditq; vinũ quod tenebat in focũ: atq; procubuit supra pellem ceruæ: quam ante aram extenderat: inuitante somno tandem obdormiuit. Erat autem quasi hora tertia noctis: qua dulciore sopore mortales premuntur: tunc visum est illi Deam ante ipsum stare: ipsumq; in hunc modum quæ futura cõiectabatur prædicere.

Respõsũ Dianæ.

Brute sub occasum solis trans Gallica regna
Insula in oceano est vndiq; clausa mari:
Insula in oceano est habitata gygantibus olim
Nunc deserta quidem: gentibus apta tuis.

Hanc pete, namq; tibi sedes erit illa perennis:
Haec fiet natis altera Troia tuis:
Hic de prole tua reges nascentur: & ipsis
Totius terrae subditus orbis erit.

Tali visione expergefactus dux ĩ dubio mansit an somnus fuerant quae vidit: an dea viua voce praedixerat terrã quã aditurus erat. Vocatis tandem sociis indicauit per ordinẽ quę sibi dormiẽti apparuerãt. At illi maximo gaudio exultantes hortantur vt & naues repetant: & dũ secũdus ventus flaret citissimis velis occasum versus eant: ad inquirendum qđ dea spoponderat. Nec mora: remeant ad socios altũq; ingrediũtur: & sulcantes aequora: cursu triginta dierum venerũt ad Aphricam: nescii adhuc quorsum proras verterent. Deinde venerũt ad aras Philenorum: & ad locũ Salinarũ: nauigauerũt intra Ruscicadam & mõtes Azarię vbi ab incursione Pyratarum maximũ passi sunt periculũ: victoriam tamen adepti spoliis deuictorũ sunt ditati.

¶Brutus cũ Corineo Troiano ad mare Tyrrhenũ reperto Aquitaniã intrat, vbi plurimis pręliis aduersus Aquitanos gestis: demũ ad Britanniã insulam quae tũc Albion dicebatur adnauigat. Caput. VIII.

INde flumen Maleae transeũtes applicuerũt se in Mauritaniam: vbi poenuria cibi & potus coacti egressi sunt naues, dispositisq; turmis populati sunt regionẽ illã a fine vsq; ad finẽ. Refertis itaq; nauibus petierũt colũnas Herculis: vbi apparuerũt eis mõstra maris: q̃ Syrenes dicũtur: q̃ ãbiẽdo naues ipsas fere obruerũt. Vtcũq; tñ elapsi: venerũt ad Tyrrhenũ aequor: vbi iuxta littora ĩuenerũt quatuor generatiões de exulib9 Troiae ortas: q̃ Antenoris fugã comitatę fuerant. Erat eorũ dux Corineus dictus: vir modestus: cõsilio optimus: magni corporis virtutis & audacię. Qui si cũ aliquo gygãte cõgressum faceret ilico eũ obruebat: ac si cũ puero cõtenderet. Agni-

ta itaq; veteris originis ꝓsapia: associauit sibi Brutus Corineũ, necnõ & populũ cui ꝓsidebat: qui populus de nomine ducis postmodũ Cornubiẽsis vocatus est. Hic Bruto in oĩbus decertationibus prę cęteris auxiliũ ꝓstabat. Veniũt ergo ad Aquitaniã: & ostiũ ligeris ingressi anchoras fixerũt morati sunt ibi septẽ diebus, sitũq; regni explorauerũt. Regnabat tũc in Aquitania Groffarius Pictus eiusdẽ terræ rex: apud quẽ, vt increpuit, externã gentem cũ magna classe in fines regni se applicuisse: misit legatos ad inquirẽdũ, pacẽ ne an bellũ expeteret. nũcii ergo classem petentes obuiauerũt Corineo iã egresso cũ ducẽtis viris: vt intra nemora venarent. Mox eũ allocuti q̃rũt qua fiducia saltus regis ingressus, feras sectaret. Statutũ eñ ab antiquo fuerat neminẽ sine principis ꝑmissu feras ꝓsternere debere. Quibus cum Corineus respondisset: facultatẽ talis rei nequaq̃ debere peti: irruit in eũ ex illis vnus Imbertus noĩe: & arcu extẽto sagittã in eũ direxit: vitauit sagittã Corineus: cucurritq; in Imbertũ ocyus: & arcu quẽ tenebat caput eius in frusta cõcidit. Diffugerũt ergo cęteri vix e manibus ei⁹ elapsi: atq; Groffario necẽ socii nũciauerũt. cõtristatus ilico dux Pictauensium collegit exercitũ grandẽ: vt in ipsos mortẽ nũcii vindicaret. At Brutus diuulgato eius aduẽtu naues dimittit mulieres & paruulos in ipsis iubet manere: ipse aũt cũ tota multitudine cui vires florebãt obui⁹ exercitui ꝑgredit: inito certamine dira pugna cõmittit: & cũ multũ diei pugnãdo cõsumpsissent puduit Corineum Aquitanos tã audacter resistere: nec Troianos cũ triũpho insistere. Vnde resumpto animo suos ad se vocauit ĩ dexterã partẽ prelii: & facto agmine celerẽ impetũ in hostes fecit, & intra eorũdẽ turmas sese densa acie intromisit. Non cessauit hostes prosternere: donec penetrata cohorte cunctos in fugam coegit. Fecerat ei fortuna bipennem amisso gladio: qua quęcunq; attingebat a summo vsq; ad imum

Margin notes: Cornubienses. — Aquitaniã ĩtrãt Troiani. — Cã belli cũ Aquitanis. — Pugna.

dissecabat, miratur Brutus: miratur socii: mirantur & hostes viri audaciam & fortitudinem, qui bipennem inter fugientes hostes vibrans timorem nō minimū, cū his verbis inferebat. quo fugitis timidi? quo fugitis segnes? oh reuertimini reuertimini, & congressum Corineo facite: proh, pudor tot milia me solum diffugitis, At tamen habete fugæ solatium ꝙ vos insequar, qui sæpius soleo Tyrrhenos gigātes in fugam cōuertere: & ternos atqꝫ quaternos ad tartara retrudere. Ad hæc verba ipsius reuertitur quidam consul nomine Subardus & eius milites numero trecēti & impetum faciunt in eū, cuius ictum Corineus prætēso clypeo excipiens, non est oblitus bipēnis quam tenebat, sed erecta illa percussit eum in summitate galeæ, ꝑcussumqꝫ a summo vsqꝫ ad imū in ambas partes dissecuit. Et confestim irruens in cæteros bipēnem rotās stragem acerrimā facit, & nunc huc nunc illuc discurrens ictus recipere non refugit nec hostes ꝓsternere qescit, huic brachium cū manu amputat: illi scapulas a corpore separat. Alii caput vno ictu trūcat: huic crura a summo dissecat, æstuat dirus falcator: in quem omnes, ipse solus in omnes irruebat, qđ Brutus aspiciens motus amore viri accurrit cū vna turma vt ei auxilium ꝑstaret, tunc oritur clamor inter diuersas gētes, tunc crebri ictus inferuntur, tunc in vtraqꝫ parte fit cædes durissima. Nec mora, victoria potiunt̃ troes, & Groffariū cū pictauēsibus in fugā ꝓpellunt, qui vix euadens partes Galliarum adiuit, vt a cognatis & notis succursum haberet. Tūc erāt duodecim reges in Gallia, quorū regimine tota regio pari dignitate regebat̃, qui benigne suscipientes eū ꝓmittunt sese vnanimiter expulsuros ex finibus Aquitaniæ externā gentē q̄ aduenerat. Brut⁹ ob ꝓdictā victoriā lętus ꝑemptorū spoliis socios ditat, ditatos iterū i turmas colligit collectos ꝑ regionē ducit, affectās eā penit⁹ depplāri, & naues suas vniuersas diuitiis replere. Accumulato igit̃ igne

Verba Corinei.

Corine⁹ vbiqꝫ victor.

Erāt duodecim reges i gallia.

ciuitates vndiq; incendit: & opes abscōditas ab eisdem ex trahit: agros vastat: stragem miserandam ciuibus & plæbanis infert volens inuisam gentē vsq; ad vnū delere. At cū tali clade omnē fere Aquitaniā infestasset: venit ad locū vbi nunc sita est ciuitas Turonorum: quā vt Homerus testatur ipse postmodū construxit. Vt igitur loca cōuenientia refugio inspexit, metatus est ibi castra sua vt si opus esset sese intra ipsa reciperet. Vrgebatur nāq; timore propter aduentū Groffarii qui cū regibus & principibus Galliæ, & maxima armatorū copia prope eū locum insederat vt cum illo bellū cōmitteret. Peractis ergo castris expectauit biduo Groffarium confidens prudentiæ atq; audaciæ iuuenum quibus præsidebat.

A quo Turoni constructi.



Groffarius ergo audita ibidem Troianorū præsentia nec die nec noctu cessauit incedere: donec castra Bruti prope aspexit. Toruo igitur lumine intuens paulisper subridens in hæc verba erupit. Proh fatū triste! Castra etiam in regno meo fecerunt ignobiles exules! armate vos viri armate & per densatas turmas incedite. Nulla mora erit quin semiuiros istos velut oues capiemus: atq; captos per regna nostra mācipabimus. Armauerunt se itaq; omnes quos secum adduxerat: & per duodena agmina statuti versus hostes suos incedunt. Contra quos Brutus etiā dispositis cateruis non muliebriter graditur: turmas suas quid acturę essent sapienter docēs: qualiter videlicet debeant inuadere & resistere. Vt ergo congressum inceperunt præualuerunt initio Troes & cędem acerrimam in hostes fecerunt. Ceciderunt nāq; ex eis fere duo milia hominū. Vnde stupefacti cęteri poene omnes in fugā versi fuerūt. Sed vbi maior numerus hominū abundat ibi euenire solet triūph⁹. Galli igit̃ quoniā triplo plures erāt reliquis q̄q̄ primo oppressi fuerant: tandē tamen cōglobati impetū fecerūt vndiq; in Troes: & illata strage

Hortatio Groffarii.

ipsos in castra ingredi coegerũt. Victoriã igitur adepti obsederũt eos ĩtra castra: meditãtes nequaꝗ̃ illinc prius abscedere ꝙ̃ ipsi inclusi, vel colla vinciẽda cathenis traderẽt, vel longa fame afflicti ſęuiſſima morte afficerẽtur. Sequẽti interea nocte Corineus cõsiliũ iniuit cũ Bruto: se velle dicit: per ea diuortia scilicet in eadẽ nocte egredi et intra nemus, qđ prope erat: vsq̃ ad diẽ delitere. Et dũ Brutus sub diluculo egressus cũ hostibus dimicaret: ipse cũ sua cohorte a dorso superueniret: & facto impetu stragẽ ingereret. Placuitq̃ Bruto Corinei sententia: qui vt praedixerat callide egressus est cũ tribus milibus: abditaq̃ nemorũ petit. Adueniẽte igiť postera die statuit Brutus suos per turmas. Et apertis castris pugnaturus egrediť. Occurrũt igiť confestim Galli & facto agmine cũ ipso cõgrediũtur. Concidũt ilico in vtraq̃ pte multa viroꝝ milia: dũ mutua vulnera danť: quia null⁹ aduersario pcebat. Erat ibi qdã Tros noie Turonus Bruti nepos quo fortior siue audacior nullus excepto Corineo aderat. Hic solus solo gladio suo sexcẽtos viros pemit. Sed ab irruẽtib⁹ Gallis citius ꝙ̃ debuiſſet ĩterfectus est. De noie ipsi⁹ pdicta ciuitas Turoni vocabulũ nacta est: qa ibidẽ sepultus fuit. Cũ igiť vtręq̃ turmę acrius pugnarẽt: supuenit ex improuiso Corineus, & a tergo hostes celeriter inuasit. Audaciores pinde insurgẽtes cęteri ex altera parte incubbũt: stragẽq̃ facere cõtendũt. Itaq̃ Galli solo clamore Corineẽsiũ qui a tergo inuaserãt stupefacti sunt. Et arbitrãtes plures aduenisse ꝙ̃ aduenerãt, cãpũ deserere festinant: quos Troes vsq̃ feriẽtes insequũtur: insequẽdo psternũt: nec psternere cessauerũt: donec victoriã habuerũt. Brutus itaq̃ licet tãtus triũphus illi maximũ intulisset gaudium: dolore tñ angebať: quia numerus suoꝝ quotidie minuebať Galloꝝ cõtra multiplicabať. In dubio sic p aliquod tẽpus existens, an diutius eos oppugnaret: praeelegit naues suas salua adhuc socioꝝ suoꝝ maiori pte & illatenus vincẽte

Turoni a Turo. Bruti nepote dicti.

Brutus iterũ victor contra Groffarium.

repetere, insulamq; diuinitus ei pmostratã exigere. Nec mora, petiuit suorum assensu classem suã, & repleuit eã vniuersis diuitiis: quas acquisierat, & ipsam ingressus est: psperis quoq; ventis pmissam insulam petens in Totonesiũ applicuit littus.

¶Postq̃ Brutus ad Albioniã insulã adnauigauerat ipsam inter suos diuisit inhabitandam interfectis gigantibus q eã tenebant. Britãniãq; pplosq; britões vocari fecit. Corineus vero partẽ suã Corineiã pplosq; Corineiẽses vnde Cornubia & Cornubiẽses corruptis vocabulis postmodũ nomen habuerunt. Cap. IX.

Brutus i totonesi o littore

Erat tunc nomẽ insulæ Albion q̃ a nemie exceptis paucis gigãtibus inhabitabat, amoeno tamen situ locorũ & piscosorũ fluminũ copia nemoribusq; decora affectum habitãdi Bruto sociisq; inferebat. Peragratis ergo quibusq; puinciis repertos gigãtes i cauernas mõtium fugant patriãq; donante duce sortiunt: agros colere incipiũt, domos ædificare, ita vt in breui tempore terrã ab æuo habitatã cẽseres. Deniq; Brut⁹ de noie suo insulã Bry

Britãnia

tãniam sociosq; Brytões appellat, volebat eñ ex deriuatione nois memoriã habere sempiternam. Vnde postmodum loquela gẽtis q̃ prius Troiana siue curuũ Græcũ nuncupabat: Brytãna dicta est. At Corineus portionem insulę q̃ sorti suæ cesserat ab appellatione sui nois Corineiã vocat: populũq; Corineiensem, exemplũ ducis insecutus: qui cũ præ omnibus qui aduenerant electionẽ puinciarũ posset habere: maluit habere regionem illam q̃ nunc vel a cornu Britãnię vel per corruptionẽ pdicti nominis Cornubia appellat. Delectabat eñ contra gigãtes dimicare, quorũ copia plus ibidem abundabat q̃ in vlla puinciarum, q̃ cõsociis suis distributæ fuerant. Erat ibi inter cæteros detestabilis quidam noie Goemagot staturæ duodecĩ cubitorũ qui tanti roboris existens quercum semel eã excutiens tanq̃ virgulã co

rili euellebat. Quadā die dū Brutus ī portu quo applicue rat festiuū deis diē celebraret: supuenit ille cū trigita gigā tibus Britonesq; durissima affecit cæde. At Britones vndi q; cōfluētes in eos pualuerūt: oēsq; pter Goemagot iterfe cerūt. Hūc Brutus viuū reseruari pceperat: volens videre luctationē ipsius & Corinei: q vltra modū cum talib⁹ affe ctabat cōgredi: gaudebat ēt Brut⁹ eo ludi gñe. Itaq; Cori neus maxīo fluctuās gaudio succinxit se & abiectis armis & vestibus ipm ad luctandū puocat. Inito deinde certami ne hinc Corineus hinc stat gigas alter alterū vinculis bra chiorq; annectēs: crebris afflatibus tumidis buccis aera mo uēt: nec mora. Goemagot Corineū maximis virib⁹ astrin gēs ei tres fregit costas: duas in latere dextro, & vnā in late re sinistro. Vnde Corineus in irā cōpulsus suas reuocauit vires cū illoq; suis humeris īposito quātū velocitas sub pō dere sinebat ad pxima littora cucurrit: summitatēq; excel sæ rupis nactus excutiēs se pdictū mōstrū qd sup humeros ferebat in mare piecit: at ille per abrupta saxa cadēs in mul ta frusta dilaceratus est: & fluctus sanguine maculauit. Lo cus autē ille a pcipitatiōe gigātis nomē adeptus lamgoe magot. i. saltus goemagot vsq; in psentē diē nūcupatur.

Ludi Britonum.

Præcipitatio Goemagot.

¶ Aedificat ciuitatē Brutus ad Tamēsem fluuiū quā no uā Troiā vocat dū pdicaret Hely sacerdos in Iudæa & ar ca testamenti a Philisteis erat capta. Cap. X.

Visso regno tandē affectauit Brutus ciuitatē ædifi care: affectū itaq; suū exequens circuit totius ter ræ sitū: vt cōgruū locū īueniret: pueniēs tādē ad Tamensem fluuiū deambulauit p littora locūq; nactus est proposito suo pspicuū: condidit itaq; ciuitatē ibidem eāq; Troiā nouā vocauit: & hoc noīe multis postmodū tpib⁹ ap pellata tādē p corruptionē vocabuli ternouatū dicta fuit. At postq̄ Lud Cassibellani frater, q cū Iulio Cęsare dimica uit regni gubernaculū adeptus est: cinxit eam nobilissimis

muris necnon & turribus mira arte fabricatis de nomine quoq; suo eã Kaerlud dici iussit, id ẽ ciuitas Lud, Vñ postea inter ipsum & Neuium fratrem contentio orta: q grauiter ferebat illum nomẽ Troiæ in patria sua velle delere. Quam contentionem quia Gildas historiographus satis ꝓlixe tractauit eã ꝓterire ꝑelegi, ne id qđ tãtus scriba tãto stylo parauit, viliori dictamine maculare videar. Postq̃ igitur prædictus dux ꝓdictam vrbẽ condidit eam ciuibus dedicauit iure victuris, deditq; legem qua pacifice tractarentur. Tunc regnabat in Iudæa Hely sacerdos, & arca testamenti capta erat a Philisteis. Regnabant in Troia filii Hectoris expulsis Antenoris posteris: Regnabat ĩ Italia Syluius Aeneas æneę filius auunculus Bruti Latinorum tertius

Gildas historiographus

Hely ipe rat in Iudęa & arca testamẽti capitur.

Hectoris filii

¶ Acceperat ex vxore Brutus filios tres quos mortuo Bruto regnantes infestat Humber Huunorum rex Albanactũ interficit, Locrinus illico cum reliquo fratre Humbrũ prælio deuincit, qui fugiens submersus est, cuius accepit Locrinus spolia & tres puellas quas adduxerat. Duxit post Locrinus inuitus Guendoloenam Corinei filiam, quam mortuo Corineo repudiat assumens Estrildẽ dictarũ triũ vnã. Indignata Guendoloena Cornubiẽses colligit ĩ exercitũ: interfectoq; Locrino regni diademate potita est.

Caput. XI.



Ognouerat inter hæc Brutus vxorẽ suam Ignogen & ex ea genuit tres inclytos filios, quibus erãt Locrinus Albanact⁹ & Kamber noĩa, hi postq̃ pater vigesimoquarto anno sui aduentus ab hoc seculo migrarat, sepelierũt eũ intra vrbẽ quam condiderat, & diuiserũt regnũ Britãnię inter se, & secesserũt vnusquisq; ĩ locũ suũ, Locrinus qui primogenit⁹ erat possedit mediã partem insulæ, q̃ postea de noĩe ei⁹ appellata est Loegria, Kamber aũt partem illã q̃ est vltra Sabrinum flumen: q̃ nunc Gallia vocat̃ q̃ de noĩe ipsius postmodũ Kambria multo tpe dicta

Filiorũ Bruti noĩa.

Bruti mors & sepultura.

Britãnia inter filios bruti diuisa.

fuit: vñ adhuc gens patriæ lingua Britãnica sese Kambro appellat. At Albanactus iunior possedit patriã q̃ lingua nostra his tẽporib⁹ appellat̃ Scotia: & nomẽ ei ex noĩe suo Albaniã dedit: illis deĩde cõcordi pace diu regnãtib⁹ applicuit Hũber rex Hũnorũ ĩ Albaniã: & cõmisso p̃lio cũ Albanacto ĩterfecit eũ: & gẽtẽ patrię ad Locrinũ diffugere coegit.

¶ Humber Hunorum rex in Albaniam venit, & Albanactum interficit. Cap. XI.

Locrinus igit̃ rumore audito associauit sibi fratrẽ suũ Kambrũ: & collegit totã iuuẽtutẽ patriæ & iuit obuiã regi Hũnorũ circa flumẽ qđ nũc vocat̃ Hũber. Inito ergo cõgressu cõpulit Hũbrũ in fugã q vsq; ad flumẽ diffugiẽs est submersus intra fluct⁹ & nomẽ suũ flumini reliquit. Locrinus ergo victoria potitus hostiũ spolia sociis largitur: nihil sibi ipsi retinẽs p̃ter aurũ & argẽtũ qđ ĩtra naues ĩuenit. Retinuit quoq; sibi tres puellas mirę pulchritudinis quarũ vna cuiusdã regis Germanię fuerat filia quã p̃dict⁹ Hũber cũ duab⁹ rapuerat puellis dũ patriã vastaret: erat nomẽ illi Estrildis, & tãtę pulchritudinis erat q̃ nõ facile repiebat̃ q̃ ei cõferri poterat: candorẽ suæ cutis nec nitidũ ebur, nec nix recẽter cadẽs, nec lilia vlla vicebãt illius amore Locrinus capt⁹ ei⁹ cubile inire voluit: ipsamq; sibi maritali tæda copulare: qđ cũ Corineo cõptũ esset: ĩdignat⁹ est vltra modũ: qm̃ Locrinus pactus fuerat sese filiã ipsius ducturũ. Adiit ergo regẽ bipẽnẽq; ĩ dextra manu vibrãs illũ hoc mõ allocut⁹ est. Hęccine repẽdis Locrine mihi ob tot vulnera q̃ in obsequio patris tui p̃pessus sum dũ p̃lia cõmitteret cũ gentibus ignotis: vt filia mea postposita te cõnubio cuiusdã Barbarę submitteres! Non ĩpune feres dum vigor huic inerit dextræ quæ tot gigãtibus per Tirrhena littora gaudia vitæ eripuit. Hoc iterum, iterũq; p̃clamãs bipẽnẽ vibrabat quasi eũ p̃cussurus: cũ amici vtrorũq; sese interposuerũt. Sedato vero Corineo Locrinũ qđ

Locrini victoria contra Hũbrũ.

Locrin⁹ amore Estrildis capitur.

Locrin⁹ Corinei filiã vxorẽ ĩuitus ducit.

¶ Exinde tantam collegit multitudinem quantam existimabat sibi sufficere posse: ad omnem galliam subiugandam. Distulit tamen saeuitiam suam paulisper ingerere: donec sedato regno quod ceperat ipsum britanico populo repleuisset. Fecit itaque edictum suum vt centum milia plebis in Britannia insula colligerentur quae ad eum venirent. Praeterea & triginta milia militum qui ipsos intra patriam qua mansuri erant ab hostili irruptione tuerentur. Cumque omnia perpendisset: distribuit eos per armorici

Accessus britonum in britannia

regni vniuersas nationes. fecitq; alteram britãniã: & eam Conano Meriadoco donauit. Ipse vero cũ cæteris cõmilitonib⁹ suis vlteriorẽ adiuit galliã: grauissimisq; prælijs illatis eam subiugauit: necnõ & totã germaniã ĩ omni prælio victoria potit⁹: thronũ aũt imperij sui apud Treueros statuens ita debacchat⁹ est in duos imperatores Gratianũ & Valẽtinianũ q; vno ĩterẽpto alterũ ex roma vrbe fugauit.

Gallia subditur maximiano

INterea inquietabãt Conanũ armoricosq; britones, galli atq; aquitani: crebrisq; irruptiõibus sæpissime infestabant: quibus ipse resistens & mutuã cladẽ reddebat & cõmissam sibi patriã viriliter defendebat. Cũ aũt ei cessisset victoria: voluit cõmilitõib⁹ suis cõiuges dare vt ex eis nascerẽtur hæredes qui terram illã perpetuo possiderent: & vt nullã cõmixtionẽ cum gallis facerent: decreuit vt ex britannia insula mulieres venirẽt quæ ipsis maritarent. Direxit itaq; nũcios in britãniã insulã ad Dionotũ regẽ Cornubiæ q fratri suo Caradoco ĩ regnũ successerat vt curam huius rei susciperet. erat ipse nobilis & p̃potens: & cui Maximianus insulæ principatũ cõmendauerat: dum ipse prædictis negotiis intenderet: habebat aũt filiã miræ pulcritudinis: cui nomẽ Vrsula: quã Conanus sup omnia optauerat. Dionotus igitur viso Conani nuncio: volens mandatis eius parere collegit per diuersas p̃uĩcias nobilium filias numero vndecim milia: de cæteris ex infima gẽte creatis sexaginta milia: & oẽs intra vrbem Londonias conuenire præcepit: naues quoq; ex diuersis littoribus iussit adduci quibus ad prædictos coniuges trãsfretarẽt. Quod licet multis in tanto cœtu placuisset tñ pluribus displicebat quæ maiori affectu & parentes & patriã diligebant. Nec deerant forsitã aliquæ quæ castitatem nuptiis præferentes maluissent in qualibet etiã natiõe vitam amittere q̃ diuitias exigere. Quippe diuersas diuersa iuuarẽt: si optatũ suũ ad effectũ ducere quiuissent

Aquitanorũ cũ britonibus pugna

De vndecim milibus virginum

potibus cederet. Cassibellanus tamen pietati indulgens noluit iuuenes regni esse expertes. Sed eius magnam partem eis distribuit. vrbē etenim Ternonantū cū ducatu Canciæ largitus est Androgeo: ducatū vero Cornubię Tennantio Ipse etiam diademate præclarus illis & totius insulæ imperabat principibus.

Regni diuisio inter Cassibellani nepotes.

INterea contigit vt in Romanis legitur historiis Iuliū Cæsarē subiugata Gallia ad littus Rutenorū venisse. Cūq; nomē regni didicisset & populi: & cū illinc Britāniā insulā inspexisset: quęsiuit a circūstantibus quæ patria & quę gens inhabitasset. Dum ad oceanū intuereť: cūq; nomen regni didicisset & populi: dixit hercle & ex eadē prosapia nos Romani & Britones orti sum⁹ quia ex Troiana gēte ꝓcessimus. Nobis Aeneas post Troię destructionē primus fuit pater: illis vero Brutus quē Siluius Ascanii filii Aneæ filius ꝓgenuit. Sed ni fallor valde degenerati sunt a nobis. Nec quid sit militia nouerūt cum intra oceanū extra orbē cōmaneāt. Leuiter cogēdi erūt tributum nobis dare & continuū obsequiū Romanæ dignitati præstare. Prius tamen mandandū est eis vt inaccessi a populo Romano & intacti vectigal reddant: vt cæterę gentes: subiectionē senatui faciūt: ne nos ipsorū cognatorum sanguinē fundentes antiquā nobilitatē patris nostri Priami offendamus. Quod cum literis suis regi Cassibellano mandauisset: indignatus est Cassibellanus: ipsiq; epistolā in hæc verba direxit.

Cæsaris in Britānos conspiratio.

Ex Troianis Romani & Britones orti, teste Iulio Cæsare.

¶Cassibellani Epistola.

CAssibellanus Britonū rex Caio Iulio Cęsari. Mirāda est Cęsar populi Romani cupiditas: q̄ q̄cq̄d est auri vel argēti sitiēs: nequit nos itra pericula Oceani extra orbē positos pati: quin census nostros appetere ꝓsumat: quos hactenus quiete possidemus. Nec hoc quidem sufficit: nisi postposita libertate subiectionem ei

Cassibellanus ad Iuliū Cæsarem.

faciamus perpetuam seruitutē subituri. Opprobriū itaq; tibi petisti Cæsar, cum cōmunis nobilitatis vena Britonibus & Romanis ab Aenea defluat, & eiusdem cognationis vna & eadem catena præfulgeat: qua per firmam amicitiā coniūgi deberet. Illa igitur a nobis esset petenda non seruitus. Quia eam libertatem potius q̄ seruitutis iugum ferre didicimus: eamq; in tantum consueuimus habere, q; penitus ignoramus quid sit seruituti obedire: quā si ipsi dii conarentur a nobis eripere elaboraremus vtiq; omni nisu resistere, vt eam retineremus. Liqueat igitur dispositiōi tuæ Cęsar nos pro illa & pro regno nostro pugnaturos si vt cōcominatus es intra insulā Britānię superuenire inceperis.

¶ Facit expeditionē in Britones Iulius & cū Cassibellano congressus vincitur, in Galliam inde inglorius reuertens rebellantes Gallos blādiciis & muneribus sibi mitigat. Repetit biennio elapso cum ingenti classe Britanniam vnde secundo deuictus ad Morinorum littus diffugiens intra turrim quā ædificauerat se recepit, Gallorum iterum rebellationem non parum formidans.

Cap. XXIII.



His itaq; visis, Caius Iulius Cęsar nauigium suum parat prosperosq; ventos expectat: vt quod Cassibellano mandauerat effectibus prosequeretur. Optato ergo vēto instante erexit vela sua: & in ostium Tamensis fluminis cū exercitu suo applicuit. Iamq; naues tellluri appulsæ erant: Ecce Cassibellanus cū tota sua fortitudine ei occurrit & ad Dorobellum oppidum veniens, quæsiuit ibi a pceribus suis consilium qualiter hostes longius arceret. Aderat cum eo Belinus princeps militię eius, cui⁹ consilio totum regnum tractabatur. Aderant etiam duo nepotes eius Androgeus videlicet dux Ternonanti & Tennancius dux Cornubię. Tres quoq; reges subditi Cridior⁹

rex Albaniæ Guitethus Venedociæ atq; Britael Demetiæ: qui vt cæteros in affectum pugnandi induxissent consilium dederunt vt recenter castra Cæsaris adirent: & anteq̃ ciuitatem aliquam siue oppidum cepisset ipsum expellere insisterent: nam si sese intra munitiones patriæ immisisset dicebant eum difficilius expellendum cum sciret quo se & commilitones suos reciperet. Assensum ergo prębentes cuncti petierunt littora, quibus Iulius castra & tentoria erexerat: ibi dispositis in vtraq; pte caterуis dextras cum hostibus conserunt: pila pilis & ictus ictibus obiicientes. Nec mora, hinc & inde corruerunt vulnerati telis intra vitalia receptis: madet tellus cruore morientium acsi repentinus auster absorptum mare reuomuisset. Concurrentibus ergo aduersis caterуis obtulit casus Nennium & Androgeum cum Canturiacis & ciuibus vrbis Ternonantinę quibus pręsidebat: agmini quo Imperator aderat. Vt ergo cõuenerũt pene dissipata fuit imperatoria cohors Britonibus densa acie inuadentibus: & cum mixtim ictus ingeminarent: dedit casus aditum Nennio congressum cum Iulio faciendi. Irruens ergo in illum Nennius vltra modum lætatur se posse vel solum ictum tanto viro ingerere quem Cæsar vt impetum in se facientem aspexit: prętenso clypeo excepit, & q̃tũ vires permiserunt stricto ense ipsum super Cassidem percussit. Erecto igitur gladio voluit exequi primum ictum vt letiferum vulnus imprimeret: quod cũ Nennius calluisset interposuit clypeum suũ in quo mucro Iulii a Casside maximis labens viribus inhęsit: ita vt cum irruentibus turmis diutius cõgredi nequirent: ipsum imperator extrahere nõ potuit. Nennius ergo gladiũ Cæsaris p̃dicto modo adeptus: abiecit suũ quẽ tenebat & abstracto altero in hostes irruere festinat. Quẽcũq; ipso percutiebat, vel ei caput amputabat, vel eũ sauciatũ præteribat: ita vt nulla spes viuẽdi in eo maneret. Illi autẽ

tandem in hūc modū sequenti obuiauit Labienus tribunus sed in primo cōgressu a Nēnio peremptus est. Deniq; plurima parte emensa irruentibus Britonibus densis turmis & audaces impetus facientibus victoria deo fauente puenit. Et sese Caesar intra castra & naues laceratis Romanis recepit. Deinde nocte illa resociatis cęteris naues suas intrauit, & Neptunū pro castris habere laetatur. Cūq; ipsi dissuasissent socii ꝑlia diutius ingerere acquiescēs eorū monitionibus in Galliam reuersus est.

Vincit Caesar a Britonibus.

Cassibellanus ergo ob receptum triumphum laetus grates deo soluens socios suae victoriae conuocauit: & vnumquēq; iuxta meritum probitatis maximis donauit muneribus. Anxiebatur tamen ex alia parte dolore quia suus frater Nennius letaliter vulneratus in dubio vitae iacebat. Vulnerauerat enim eum Iulius in supradicto congressu & plagam immedicabilē intulerat: vnde intra quindecim dies post praelium irrepente morte ab hac luce migrauit & in Ternonanto vrbe iuxta Aquilonarē portam sepultus ē. Exequias autem regias facientes posuerunt cum eo gladiū Cęsaris in Sarcophago, quem intra clypeū suū pugnans retinuerat. Erat nomen gladii crocea mors, quia nullus euadebat viuus qui eo vulnerabatur. Terga igitur vertente Iulio & in Gallicanū littus appulso rebellionem remoliunt̄ Galli, dominium Iulii abiicientes. Arbitrabātur namq; ipsum esse debilitatum vt nullatenus eis amplius timori esset. Fama etiam apud omnes vna & eadem erat totum mare iam nauibus Cassibellani feruere, fugam ipsius Iulii insecuturi vnde audaciores Galli insistentes cogitabant quomodo imperatorē a finibus suis expellerent. Quod Iulius subolens noluit anceps bellum cum feroci populo committere: sed apertis thesauris oēs nobiliores adire: vt singulos munificatos in concordiam reduceret. Plebi libertatem pollicetur, exhaeredatis amissas possessiones. Seruis etiam li-

Nēnii mors.

Gladius Cęsaris.

Gallorū i Cęsarē cōspiratio.

bertatem. qui prius leonina feritate fulminans ipsis omnia abstulerat: nunc mitis agnus: humili balans voce omnia posse reddere lætatur. nec ab his blandiciis quieuit: donec pacificatis cunctis amissam potestatem recuperauit. nullus interim dies præteribat quin fugam suam Britonumq; victoriam recoleret.

EMenso itaq; biennio parat iterũ oceanũ trãsfretare & sese in Cassibellanũ vindicare: qđ cum Cassibellanus cõperisset: vrbes vbiq; muniuit, diruta mœnia renouauit: armatosq; milites in singulis portubus statuit: præterea alueo Tamensis fluminis quo ad vrbem Ternonantũ Cæsar nauigatur⁹ erat palis ferreis atq; plũbatis instar femoris grossis subter amnẽ infixis naues Iulii illidere machinatur. Collecta etiã iuuentute insulæ mansionem iuxta maritima fecit aduẽtum hostium expectãs. Iulius aũt cũ omnia quę sibi necessaria erãt parauisset: cũ innumerabili multitudine militũ mare ingressus est: optatam stragem populo qui eũ deuicerat inferre affectãs. quã proculdubio ingessisset si illesa classe tellure potiri potuisset: qđ tamen ad effectum ducere nequiuit. Nam dũ per Tamensem fluuium prædictam ciuitatem peteret naues eius præfatis palis infixę subitum passæ sunt periculum. vnde per milia submergebantur milites dũ ipsas naues perforatas ingrediens fluuius absorberet. Cum id Cęsari compertum esset velis maxima vi retortis ad terrã reuerti festinauit. Ipsi quoq; qui in tanto periculo superfuerant vix elapsi cũ illo tellurem scandunt. Hæc igitur Cassibellanus ex ripa qua aderat aspiciens gaudet ꝓpter periculum submersorum: sed tristatur ob cæterorum salutem: dato vero suis cõmilitonibus signo impetum in Romanos facit. At Romani q̃q̃ periculũ in fluuio perpessi fuissent vt terra potiti sunt viriliter Britonũ irruptioni restiterũt. Audaciã quoq; pro muro habentes stragem non minimã fecerunt:

Iulii Cæsaris nauiũ pīclitatio īgeniosa.

Cæsar secundo a Britonibus deuincit.

sed tamen maiorem patiebantur q̃ inferebant. Periclitati namq; in fluuio pauciores incedebant. Britones vero oĩ hora affluentia suorum augmentati triplo maiorem numerũ habebant. vnde debilitatis cæteris sunt triumpho potiti. Cæsar ergo cũ sese deuictum inspexisset cum paucis ad naues diffugit: & tutamen maris ex voto nactus: tempestiuis etiã ventis instantibus erexit vela sua: & Morinorum littus petiuit. Ingressus est deinde quãdã turrim quã in loco q Odnea vocat̃ cõstruxerat anteq̃ Britãniã hac vice adiuisset, timebat namq; Gallorum fidem esse instabilem ne secundo in ipsum irruerent: sicut supra dictum est ipsos fecisse: quando primo Britonibus terga testatus est ostendisse. Ob hãc ergo causam turrim sibi in refugium ędificauerat vt rebelli populo resistere valeat: si in illum: vt prædictum est, insurrexerit.

¶ Cassibellanus secundo de Romanis triumphans ludis indulget in quibus Euclinus Androgei nepos Hyreldã cassibellani nepotẽ interfecit. Vnde Androgeus a Cassibellano offensus Cęsarẽ cõtra Cassibellanum arctauit vt tributum paciscatur. Postmodum illinc Cæsar cõtra Pompeium Romam profectus est. Caput. XXII.

Cassibellanus autem secundo triumphum adept⁹ maxio gaudio fluctuans edictũ fecit: vt oẽs proceres Britanniæ in vrbẽ ternouantũ cum vxoribus cõuenirent debitasq; solẽnitates patriis diis celebrarent: q victoriam sibi de tanto Imperatore concesserant. Cumq; omnes post posita mora aduenissent: diuersa sacrificia faciẽtes: occisioni pecudũ indulserunt: litauerant ibi quadraginta milia boum: & cẽtum milia ouium: diuersorũq; generũ volatilia: quæ sub numero non facile cadebant. Præterea triginta milia syluestriũ ferarum cuiuscunq; generis colle

sacrificia

ctarum. Mox cum diis suis honores perfecissent refecerūt se residuis epulis: vt in sacrificiis fieri solebat. Exinde quod diei & noctis restabat diuersos ludos componentes transegerūt. Ludētibus ergo ipsis cōtigit inclytos iuuenes quorum vnus erat nepos regis, alter vero Androgei ducis: pariter in palæstra contēdere: & ob dubiam victoriā litigare erat nomen nepotis regis Hireldas: alterius vero Euclinus qui vt mutua conuitia ad inuicē contulissent arripuit Euclinus gladiū, nepotisq; regis caput amputauit: quo interfecto turbata est curia, & rumor ad Cassibellanū volauit. Cōmotus ergo super casu amici sui Cassibellanus Androgeo pręcepit vt Euclinū in curiam coram pręsentia sua adduceret. Adductus quoq; pręsto esset sententiā quā proceres dictarēt subire ne Hireldas inultus pmaneret, si iniuste interfect⁹ fuisset: cūq; animū regis suspectū haberet Androgeus respōdit sese suā curiā habere & in illa definiri debere quicquid in homines suos ꝓclamaret. si ergo iustitiam de Euclino decreuisset addere: ipsam in vrbe Ternonanto ex veterū traditione ꝑcepisset. & Cassibellanus cū affectui suo satisfactionē nequiuisset attingere: cōminatus est Androgeo testans se ferro & flāma prouinciā eius depopulaturū nisi petitioni suę acqescceret. Indignatus itaq; Androgeus distulit petitioni eius parere. Indignatus aūt Cassibellan⁹ accelerauit prouincias ipsius vastare: ac Androgeus quotidie per cognatos & notos regē adibat, petebatq; vt desisteret a cœpta ira, & cū furorē suū nullatenus mitigare quiuisset diuersas meditatiōes iniuit qualiter ipsi resistere valuisset. Deniq; ab omni alia spe decidēs auxiliū Cæsaris petere decreuit, literasq; suas ei in hāc direxit sententiā. Caio Iulio Cęsari Androgeus dux Ternonanti post optatā mortem optandā salutē. Pœnitet me aduersus te egisse dū pręlia cū rege meo cōmitteres. Si eñ me a talibus ausis abstinuissem deuicisses Cassibellanū: cui post triūphū suū tāta

Cassibellan⁹ Cornubiā deuastat.

Androgei ep̄la ad Iuliū Cæsarē.

irrepsit superbia, vt me per quem triumphauit a finib⁹ suis exterminare insistat? Heccine ergo merita rependenda essent? Ego illum hæreditaui, ipse me exhæredare conatur. Ego illum in regnum secundo restitui, ipse me destruere affectat. Me etenim contra te pugnãte omnia ista largitus sũ. Numina celorũ testor me non promeruisse ipsius iram vbi promereri dicar quia diffugio nepotem meũ tradere quẽ iniusta nece damnare exoptat, qđ vt manifestius discretioni tuæ liqueat causam rei aduerte. Contigerat nos ob letitiam triumphi nostri solennitates patriis diis celebrare: in quibus cum q̃ agenda essent peregissemus sacrificia, iuuẽtus nostra ludos mutuos componebat. inter cæteros inierunt duo nepotes nostri palæstram exemplo aliorum conducti. Cumq̃ vnus triumphasset succensus est alter iniusta ira festinauitq̃ eum percutere. At ille vitato ictu cepit eum per pugnum quo gladium tenebat per violẽtiam volens eripere. Interea cecidit regis nepos super mucronem cõfossusq̃ morti subiacuit. Illud itaq̃ cũ regi nũciatum esset p̃cepit mihi tradere puerum meũ vt pro homicidio supplicio plecteretur. Cui cum cõtradixissem venit cũ omni multitudine sua in p̃uincias meas maximã inferens ingetudinem. Vnde miam tuam implorãs auxiliũ a te peto vt per te dignitati meę restituar: & tu per me Britannia potiaris. De hoc aũt nihil de me hesitaueris quia omnis a me abest p̃ditio. Ea enim cõditione mouẽtur mortales vt post inimicitias amici fiãt & post fugam ad triumphũ accedãt. His igitur inspectis cõsiliũ habuit Iulius Cęsar a familiaribus suis ne verbis solũmõ ducis iuitatus britãniã adiret nisi tales dirigeret obsides qb⁹ securi⁹ applicare quisset. Nec mora, misit ei ãdroge⁹ scęuã filiũ suũ & trigita iuuenes nobles ex cognatiõe sua p̃piquos. Datis ergo obsidib⁹ secur⁹ factus est Cæsar reuocatisq̃ cateruis cũ istante vẽto i rutupinũ portũ applicuit. Interea obsidere incipiebat Cassibella

Androge⁹ filiũ suũ mittit cęsari

nus vrbē Trenonātū & villas pūiciales vastare, sed cū Iulii aduētū cōperisset, deseruit obsidionē & ĩpatori obuiare festinauit. Vt ergo vallē ppe Doroberniā ĩtrauit aspexit ĩ eadē Rōanoꝝ exercitū castra & tētoria ponētē. Adduxerat ei eos Androgeus ibidē vt illic occultū ĩpetū illis ingererēt. Nec mora, aduertentes Romani Brytōes supuenire armauerūnt sese ocyus, militesq; suos p cateruas statuerunt. Ex alia parte armis ĩduunt Britones & sese p turmas cōsociāt. At Androgeus cū qnq; milib⁹ hoīm in ppe sito nemore delituit vt ĩ auxiliū Cęsari occurrēs furtiuā & ĩprouisam irruptionē Cassibellano cōsociisq; ei⁹ faceret. Vt itaq; hĩc & ĩde cōuenerūt, nō distulerūt mortifera tela emittere, nec letiferos ict⁹ ĩgeminare. cōcurrūt aduersę caterua: & mltū cruoris diffūdūt. Cōcidūt in vtraq; pte vulnerati: queadmodū ĩ autūno arborū folia. Ipsis igit irruētib⁹ egredit Androgeus ex nemore: & aciē Cassibellani ex q̄ totū bellū pēdebat: a tergo ĩuadit. Mox illa in vna parte irruptione Romanorū paulo ante vastata: in alia vero cōciuib⁹ suis mito mō pssa nequit stationē facere. Vnde dissipatis sociis arrepta fuga campum deserūt. Astabat ppe qdā mōs in cacumine saxosus densū habēs coriletū: ad illū cōfugit Cassibellanus cū sociis suis postq̄ in debiliorē ceciderat partem. Sūmitatē quoq; eius nactus se viriliter defendebat & insequentes hostes nece afficiebat. Insecuti nāq; fuerūt ipm Rōani & Androgei caterua fugientes turmas eius lacerantes montem quoq; ascēdētes crebros ictus faciebāt nec pualebant. Saxa etenī mōtis eiusdē & cacuminis arduitas Britonibus erat defensio. Ita vt a summo occurrētes hostib⁹ stragem darēt. Obsedit Cęsar montem illū tota nocte q̄ iam superuenerat omnis praecludens exitus. Affectabat namq; fame regem cogere quem armis nequibat. O mirabile genus Britonum qui ipsum bis in fugam pepulerunt qui totum orbē sibi submissurus erat. Cui totus mūdus nequit resistere

Cassibellanus venit obuiam Caesari.

Dira cassibellani pugna.

Admirāda Britonū virt⁹.

Illi etiam fugati restiterunt parati mortem pro patria & libertate subire. Hinc ad illorum laudem cecinit Lucanus secundo Pharsaliæ de Cæsare.

Territa quęsitis ostendit terga Britannis.

Cassibellanus timore famis se Cæsari submittere destinat.

Emenso iam die scdo cũ iam nõ haberet Cassibellanus qđ comederet timuit ne fame caperetur Cæsaris carcerẽ subiturus. Mandauit ergo Androgeo vt sese cum Iulio pacificaret, ne gẽtis dignitas ex qua natus fuerat capto ipso deleretur. Mandauit etiã ei se nõ promeruisse vt ipsius mortem optaret: q̃uis inquietudinem ipsi intulisset. Cũq; hæc retulissent nũcii ait Androgeus. Non est princeps diligendus q in bello mitis est vt agnus: in pace vt leo ferus. Orat me nũc dominus meus qui prius impabat, pacificari: nũc Cæsari subiectionem facere desiderat, cuius pacem Cæsar prius desiderauerat. Proĩde aduertere debuerat illũ p quẽ tantũ imperatorẽ ex regno suo pepulit: posse ipm iterũ restituere. Non erã igitur inique tractãdus qui nũc illud obsequiũ nũc istud inferre poterã. Insipiẽtia abducit q cõmilitones qbus triũphat iniuriis vel cõtumeliis infestat. Non enim est vllius ducis victoria: sed illoꝝ qui sanguinem suũ pro eo pugnando diffundũt: tamen pacificabo illum si potero, quia iniuria quã mihi intulit satis in illum vindicata est cum misericordiam meam imploret.

Androgeus ad Cæsarẽ.

¶Post hęc festinauit Androgeus ad Iuliũ, amplexusq; eius genua eũ in hũc allocutus est sermonẽ. Ecce satis vindicasti te in Cassibellanũ. Misericordiã in illũ habe: qđ amplius est agẽdũ, nisi vt subiectionẽ faciens vectigal Romanæ dignitati reddat? Cũq; nihil respõdisset Cæsar, ait iterũ Androgeus: hoc solũ pactus sum tibi Cæsar, vt solũmodo submisso Cassibellano Britãniã tibi subdere laborarẽ. Ecce victus est Cassibellanꝰ, & tibi Britãnia meo subdita auxilio: Quid vltra tibi debeo? nolit creator oĩm vt dñm meũ misericordiã orantẽ, iustũq; mihi illata iniuria facientem pati

aut vnq̃ carcere vel vinculis vinciri. Nõ leue est Cassibellanũ interficere me viuente. Cui auxiliũ meũ reddere nõ erubescam nisi cõsilio meo parueris. Timore ergo Androgei mitigatus Iulius capit a Cassibellano cõcordiam cũ vectigali singulis annis reddendo. Erat aũt vectigal quod spopondit tria milia librarum argẽti. Exinde amici facti Iulius & Cassibellan⁹ mutua donaria alter alteri dederunt. Deinde hyemauit Cæsar in Britãnia: & redeũte vere in Galliam transfretauit. Succedente postmodum tẽpore collectis vndiq; ex omni genere militibus Romam contra Pompeium perrexit.

Timore Androgei Cæsar cum Cassibellano paciscitur.

¶ Cassibellano successit Tẽnancius Androgei frater. Post hũc regnãte Kymbelino nat⁹ est Iesus Christus noster redemptor: post quẽ Kymbelinũ regnat Guyderius: hũc Romanis tributũ denegãtem oppugnat Claudius Imperator. Vbi Guyderius nefanda proditione interemptus est. Interempti insigniis confestim induitur Aruiragus frater. Romanosq; continuata pugna in fugã ppulit. Cõcedẽs postmodum Claudius suã filiã Aruirago cõiugem: Amicitiæ foedus cum eo percussit.

Caput. XXV.

Cumq; postmodũ septem anni pteriissent defunctus est Cassibellan⁹ & in vrbe Eboraco sepultus. Cui successit Tennãcius dux Cornubię frater Androgei. Nã Androgeus Romã cũ Cęsare pfect⁹ fuerat. Diademate igit insignitus Tẽnancius regnum ĩ diligẽtia obtinuit. Erat ipse bellicosus vir: & qui vigorẽ & rigorẽ iustitiæ colebat. Post illũ pmotus est ad culmen regale Kymbelinus filius suus miles strenuus: quẽ Augustus Cæsar nutriuerat. Hic in tantam amicitiam Romanorum inciderat vt cum posset tributum eorũ detinere gratis impendebat. ¶ In diebus illis natus est dñs noster Iesus Christus cuius pcioso sanguine redẽptũ est hũanũ genus: quod antea to

Natiuitas xpi.

tempore dæmonū catena obligabatur. Kymbellinus ergo cum Britanniā decē annis gubernasset genuit duos filios: quorū primogenito nomen Guiderius, alteri Aruiragus. Deinde expletis vitæ suæ diebus cessit regni gubernaculū Guiderio. Cum ergo tributum quod appetebant Romani denegaret: superuenit Claudius qui in imperiū subrogatus fuerat. Aderat cum eo princeps militiæ nomine Lęlius Hamo, cuius cōsilio prælia quæ gerēda erāt tractabātur. Hic itaq; vt ī ciuitatē Portcestriā applicuit coepit portas eius muro pręcludere exitūq; ciuibus abnegare. Cupiebat nāq; ipsos fame affectos vel ad suā ditionē cōpellere vel sine clementia interimere.

Guiderius rex in bello acerrimus.

Diuulgato ergo Claudii Cæsaris aduentu collegit Guiderius omnē armatū militē regni: & Romanū exercitū petiuit. Conserto deinde prælio acerrime coepit hostes inuadere: plus solus gladio suo q̄ maior pars exercitus perimens. Iam Claudius naues petebat: iam Romani pene dissipabantur: cū versutus Hamo proiectis illis armis quibus indutus fuerat arma Britannica cepit: & quasi Britannus contra suos pugnabat. Deinde hortabatur Britones ad insequendū: festinatum triumphū promittens. didicerat enim linguā eorum & mores: quia inter Britannos obsides Romæ nutritus fuerat: exinde accessit paulatim ipse iuxta regem adituq; inuēto ipsum nihil tale timentem mucrone suffocauit: elapsus deinde inter hostiū cuneos sese cum nefanda victoria inter suos recepit. Aruiragus eiusdem frater vt ipsum peremptum inspexit cō festim deposuit arma sua, armisq; regis indutus hinc & inde Britones ad pstādū animabat: quasi ipse Guyderius fuisset q nesciētes regis casum monitu eius resistebāt, pugnabāt: stragēq; nō minimā īferebāt. Ad vltimū dilabunt Romani in duas ptes cāpū turpiter deserētes: Cęsar nāq; ī vna parte tutamina petebat nauiū: Hamo aūt nemora: q͞a non

Hamo p̄ ditione nefanda Guyderiū regē interficit.

habebat spatium naues adeundi. Aruiragus ergo arbitrās Claudium cum eo diffugere festinauit eum sequi nec cessa uit de loco in locum fugare donec illos super litus occu= pauit maris, qđ nūc de nomine eiusdem Hamonis Hamo= niū nuncupatur. Erat ibidem portus applicantibus nauib9 congruus: nauesq; mercatorum appulsæ quiescebant. Eū ergo cum ingredi affectasset Hamo, superuenit ex impro= uiso Aruiragus: ipsumq; subito interfecit. Portus autem ille ab illo tempore vsq; in hodiernum diem Hamonis por= tus appellatur. ¶Interea Claudius resociatis sociis op= pugnabat prædictam ciuitatem quæ tunc Kaerperis: nūc autem Portcestria vocatur. Nec mora, mœnia eius diruit: ciuibusq; subactis insecutus est Aruiragum iam in Wyn= toniam ingressum. Postmodum obsedit ciuitatem diuersis q; machinationibus illam opprimere nitebatur. Aruira= gus vero vt sese obsessum inspexit consociauit cateruas su= as & apertis portis ad præliandum ingressus est. Cumq; ir= ruptionem facere affectasset, direxit Claudius nuncios ad ipsum mandans vt concordiam inirent, quippe timebat re gis audaciam Britonumq; fortitudinem præferebatq; ip= sos sensu & sapientia subiugare q̃ dubium certamen inire: mandauit ergo cōcordiā ei, daturū se ꝑmittebat filiā suam si tantummodo regnū Britāniæ sub ꝑtāte Romana reco= gnosceret. Postpositis ergo debellationibus suaserunt ma= iores Aruirago ꝑmissionibus Claudii acquiescere, dicebāt autem ei non esse dedecori subditū Romanis esse, cum toti us orbis imperio potirentur. His vero & pluribus aliis mi= tigatus, consiliis eorum paruit: & subiectionem Cæsari fe= cit. Mox Claudius propter filiam suam Romam misit & au xilio Aruiragi vsus Orcades & prouinciales insulas pote= stati eius submisit. ¶Emensa deinde hyeme redierunt lega ti cum filia eamq; patri tradiderunt. Erat autem puella no mine Gennissa, eratq; eius tanta pulchritudo vt aspicien=

Mors hamonis.

Genissa.

tes in admirationem deduceret: & vt maritali lege copulata fuit tãto amore succendit regem vt ipsam solam cũctis rebus pferret. Vnde locũ quo ei primũ nupserat celebrem esse volens suggessit Claudio vt ædificaret in illo ciuitatẽ: quæ tantarũ memoriã nuptiarũ in futura tẽpora pferet. Paruit ergo Claudius pcepitq; fieri vrbẽ quæ de nomine eius Kaerglou & Clocestria nũcupata est vsq; in hodiernũ diem in cõfinio Demetiæ & Loegriæ super Sabrinæ ripam sita. Quidã vero dicũt ipsam nomẽ traxisse a Gloio duce: quẽ Claudius in illa generauit. Cui post Aruiragũ gubernaculum Demetiaci ducatus cessit. Aedificata igitur vrbe ac pacificata insula rediit Claudius Romam regimenq; puincialium insularũ Aruirago permisit. Eodem tempore Petrus apostolus Antiochenam ecclesiã fundauit. Romãq; deinde veniẽs, tenuit ibidẽ episcopatum, misitq; Marcum euangelistam in Aegyptum prædicare euangelium quod scripserat.

Petrus apl's. Marcus.

¶ Postq̃ Claudius recesserat rebellat Aruiragus Romanis contra quem mittitur Vespasianus Imperator qui interueniente Gennissa cum Aruirago concors efficitur. Aruirago succedit Marius, qui rege Pictorum interfecto populis qui cum eo venerant partem Britanniæ inhabitandam reliquit. Post Marium regnat Coillus, qui diebus suis amicitiam cum Romanis solidauit.

Cap. XXVI.



Ruiragus vt Claudius recessit cœpit sensum & probitatem habere: cœpitq; ciuitates & oppida reædificare: populum regni tanta iustitia coercere vt longe positis regibus timori esset. Hic autem subsequente superbia despexit Romanam potestatem, neq; senatui voluit diutius subiectionẽ tenere; sed sibimet omnia vendicauit. Quo audito missus est Vespasianus a Claudio vt Aruiragum vel pacificaret vel Romanæ subiectioni

Vespasianus in Britãniã

restitueret. Cum igitur in Rutupi portũ applicare cœpisset Vespasian⁹: obuiauit ei Aruiragus prohibuitq; ne portum ingrederetur. Tantam nãq; armatorum copiam conduxerat vt Romanis terrori esset ita vt ob eius irruptionẽ terram adire non auderent. Retraxit itaq; se Vespasianus a portu illo retortisq; velis in Totonesiũ littus applicuit. Nactus deĩde tellurem Kaerpẽ Vhelgoet q̃ Oxonia vocat̃ obsessurus eandem adiuit, Cumq; eam septem diebus obsedisset superuenit Aruiragus cũ exercitu suo pliumq; commisit. Die illa valde laceratus fuit vtrorũq; exercitus. Sed neuter victoria potitus est. Mane autem facto mediante Gennissa regina concordes efficiuntur duces & cõmilitones suos in Hiberniam relegauerunt. Hyeme deinde emẽsa Vespasianus Romam rediit. Aruiragus vero in Britannia remansit. Deinde in senectutem vergens cœpit senatũ diligere regnumq; suum cum pace & trãquillitate tractare, legesq; veteres veteris traditionis cõfirmare, nouas inuenire: maxima queq; donaria om̃i probo impertiens. Fama igit̃ p totã Europã diuulgata diligebant eũ Romani & timebãt, ita vt p̃ oĩb⁹ regibus sermo de eo apud Romanos fuerit. Vnde Iuuenalis cũ Domitiano loquit̃ eũ i libro suo commemorat Satyra quarta cum de capto rumbo loqueretur inquiens Regem aliquem capies aut de Temone Britanno decidet Aruiragus. Nullus eo in bello fortior fuit nullus in pace mitior, nullus lætior, nullus in dandis muneribus profusior. Vt autẽ dies vitæ expleuit sepultus est Claudiocestriæ in quodam templo quod in honorẽ Claudii dedicauerat & construxerat.

Bellũ inter Aruiragũ & Vespasianum.

Iuuenal.

Aruiragi mors.

Marius i regem.

¶Successit ei in regnum filius eius Marius vir miræ prudentiæ & sapientiæ. Regnante postmodum illo quidam rex pictorum noĩe Londricus de Scythia cum magna classe veniens applicuit in Aquilonarẽ partẽ Britãniæ, quæ

Londricus a Mario interficitur.

Albania appellatur. Cœpitq; puinciã illã vastare. Collecto
igitur populo suo petiuit eũ Marius: illatisq; præliis ipsũ
interfecit, & victoria potitus est. Deinde erexit lapidem in
signum triumphi sui: in prouincia quę postea nomine eius
Maesmarius dicta fuit, in quo inscriptus titulus eius me-
moriam vsq; in hodiernum diem testatur.

Origo Pictoꝝ.

Perempto vero
Londrico dedit deuicto populo qui cum eo venerat par-
tem Albaniæ inhabitandam quę Cathenesia vocatur. erat
deserta, nullo habitatore multis diebus inculta. Cumq;
vxores nõ haberent & filias & cognatas Britonum ab illis
peterent: dedignati sunt Britones huiusmodi populo na-
tas suas maritare: at illi vt repulsam passi fuerunt trans-
fretauerunt in Hiberniam, duxeruntq; ex patria illa mu-
lieres, ex quibus nata sobole multitudinem suam auxerũt.
Sed hoc hactenus cum non proposuerim historiam eorũ,
siue Scotorum tractare, qui ex illis & Hiberniensibus ori-
ginem duxerunt.

Marius sponte vectigal Romanis soluit.

At Marius cum totam insulam in sum-
ma pace cõposuisset cœpit amorem cũ Romano populo
habere: tributa soluens quæ ab ipso exigebantur: exemplo
etiam patris incitatus iustitiam, legem, & pacẽ, & omnia
honesta per regnũ suũ exercebat.

Mario defuncto filius ei⁹ Coillus in regẽ erigit.

CVm autem vitæ cursum expleuisset, filius eius
nomine Coillus regni gubernaculum suscepit.
hic ab infantia Romæ nutritus fuerat: moresq;
Romanorũ edoctus in maximã ipsorũ amicitiã inciderat.
Sed & ipse eis tributũ reddebat aduersari diffugiens: quip
pe videbat totum orbem illis subditum: eorũq; potestatem
quosq; pagos & quãq; prouinciam superare. Soluens ergo
quod exigebatur in pace quod possidebat obtinuit: nullus
in regibus maiorem reuerentiam nobilibus regni præsta-
bat: quia ipsos aut diuites in pace manere permittebat, aut
pauperes assiduis donariis munerabat.

¶ Sequitur Liber Secundus.

latronum mucrones cessabāt:raptorū sæuitię reprimebā-
tur:nec erat vsq̄ qui violentiā alicui ingereret:deniq; vt in
ter talia.xl.annos post sumptū diadema expleuisset:defun-
ctus est,& in vrbe Ternouanto ꝓpe tēplū Cōcordię sepul-
tus:qd̄ ipse ad confirmationē legū construxerat.

¶Paciscunt̃ mortuo Dunuallone duo eius filii de regno in pace viuētes donec Brennus adulatorum suasu:filię regis Norgnegensiū spondens Norgnegēses cōtra fratrē Belinū acquisiuit:certamine tamē superatus in Gallicana nemora diffugit.Rex quoq; Dacorū captiuus tributū Belino pactus cū dicta puella abscedere dimittitur. Cap.XVII.

EXinde duo filii ei⁹ Belinus videlicet & Brēnus in regnum succedere volentes maxima conciti sunt discordia.Cōtendebant eñ vter eorū regni diademate insigniretur.Cū itaq; plures decertationes intersе conmiscuissent: interfuerunt amici vtrorūq; q ipsos in concordiā reduxerūt:cēsentes regnū inter eos ea conditione diuidendū esse:vt Belinus diadema insulæ cum Leogria atq; Kābria necnō & Cornubia possideret:erat eñ primogenitus:petebatq; Troiana cōsuetudo vt dignitas hæreditatis ei ꝑueniret:Brēnus vero qm̄ iunior fuerat fratri subderetur & Northūbriā ab Humbro vsq; ad Cathenesiam obtineret.Cōfirmato igit̃ sup his pactionibus fœdere tractauerunt patriā per quinquēniū cū pace & iustitia. Verū quia discordia sese ꝓsꝑeris rebus īmiscere conatur:affuerūt quidā fabricatores mēdacii:q ad Brēnū accesserūt dicētes:vt quid ignauia te tantū occupauit:vt Belino subiectionē teneas:cū idē pater & mater eadēq; nobilitas te ei parificet? Adde ꝙ ī pluribus debellationibus expertus es q totiēs Chenulfo duci Maurorum in ꝓuinciā nostrā applicāti resistere potuisti:ipmq; ex regno tuo fugare.Rūpe igitur fœd⁹ qd̄ tibi dedecori ē:& duc filiā Elfūgii Norgnegēsiū regis vt ipsius auxilio amissam dignitatē recipias. Post

Troiana consuetudo.

q̄ his & multis aliis animū iuuenis corruperūt:acqeuit ip
se:adiuitq; norWegiā duxitq; filiam regis vt a prædictis
adulatoribus edoctus fuerat.Interea cum id fratri nūciatū
esset:indignatus est:quia sic sine licentia sua cōtra ipsum
egisset:petiuit Northūbriā:cepitq; cū prouīcia ciuitates:
& eas custodib⁹ suis muniuit.Porro Brēnus audito rumo
re qui facta fratris notificauerat:adduxit secum magnā co
piam norWegensium paratoq; nauigio rediit in Britāniā
cumq; æquora secure & ꝓspero vento secaret obuiauit ei
Guilthdacus Dacorū rex qui ipsum insecut⁹ fuerat: ęstua
uerat namq; amore puellæ quam Brennus duxerat: vnde
vltra modum dolens classem parauerat & exercitum suū
citissimis velis sequebāt.nauali igitur congressu facto ce
pit forte nauē in qua erat ꝓdicta puella eamq; inter conso
cios attraxit.Illis autem hinc & inde congredientibus in
tra profundum irruunt repente aduersi vēti factaq; turbi
ne naues dissipāt:dissipatas vero in diuersa littora compel
lunt.Rex ergo Daciæ inimica vi ventorū compulsus pa
cto quinq; dierum cursu cum timore applicuit cum puel
la in Northumbriam:nescius quam terram inopinabilis
euentus obtulisset.Cūq; id a Pagensibus compertum esset
ceperūt illos duxerūtq; ad Belinū qui super maritima ad
uētū fratris expectabat.Erant ibi cū naue Guilthdaci tres
aliæ naues:quarū vna fuerat ex Brēni nauigio.Postq̄ autē
qui aderant id regi indicarant gaudens admodū gauisus
est dum sese in fratrem vindicare captaret.Emersis deinde
aliquot diebus ecce Brennus resociatis nauib⁹ in Albaniā
applicuit exinde cum ei captio coniugis cæterorumq; no
tificata fuisset:& q̄ frater ei regnū Northūbriæ dum abi
ret surripuisset:misit nuncios suos ad eum mandans vt re
gnū & sponsa redderentur.Si minus testatur se totam īsu
lam a mari vsq; ad mare vastaturū:ipsumq; fratrem inter
fecturū si copia cōgrediendi ipsi ꝓstaretur:quod cum Beli

Belli initiū inter fratres.

Regis Dacię captio cū Brenni vxore.

bus sciuisset negauit plane quod petebat: collectoq; omni insulæ milite venit in Albaniam contra pugnaturus. At Brennus vt sciuit repulsam sese passum & Germanum hoc modo contrauenire iuit obuiam illi in nemore quod vocatur Calaterium: vt cum eo congrederetur. Vt igitur eundem nacti sunt campum diuiserunt vterq; socios suos in turmas cominusq; aggredientes præliari cœperũt: multum diei in bellando cõsumentes. In vtraq; nãq; parte probissimi viri dexteras conserebant: multum cruoris hinc & inde fundentes: nam tela viribus vibrata lætifera vulnera ingerebant. Concidebant inter corruentes cohortes vulnerati quemadmodum segetes a falcatoribus. Demũ prævalentibus Britonibus diffugiunt Norwegenses agminibus laceratis ad naues: quos fugientes insequitur Belinus cædem sine pietate faciens. Ceciderunt in illo prælio viginti milia hominũ: nec ex residuis mille superfuerunt: qui illesi abscederent. At Brennus vix vnam nauem nactus vt fortuna conduxerat Gallicana littora petiuit. Cæteri vero qui cum illo aduenerant quo casus ducebat latebras expetebant.

Victor Belinus contra Brẽnũ.

Brẽni in Gallias aduẽtus.

Cum igitur Belino victoria cessisset conuocauit omnes regni proceres intra Eboracum consilio ipsorum tractaturus quid de rege Dacorum faceret: mandauerat namq; ei ex carcere q sese regnũq; Daciæ ei submitteret: tributum quoq; singulis annis donaret si cum amica sua liber fineretur abire: mandauit etiam q pactum suum fœdere iuramenti & obsidibus confirmaret. Conuocatis proceribus cum id indicatum fuisset assensum præbuerunt cuncti vt Belinus petitioni Guilthdaci cum prædicta conditione acquiesceret. Acquieuit ergo ipse & Guilthdacus ex carcere solutus cum amica sua in Daciam reuersus est.

Rex Dacorũ ex carcere cũ amica abire sinitur.

¶Belinus in pace regnans leges & iustitiam imitatur. At Brennus dux Allobrogum effectus in Britanniã remeat cum fratre pugnaturus. Interueniente tamen matre concordiæ fœdus tangunt: Galliasq; subiugandas proponũt. Cap. XVIII.



PORRO Belinus cum neminem sibi in regno Britãniæ resistere animaduertisset: tota insula a mari vsq; ad mare potitus: leges quas pater inuenerat confirmauit: & imitatus est: stabilem quoq; iustitiam p regnum fieri præcepit. Maxime autem indixit vt ciuitates & viæ quæ ad ciuitatem ducebant eandem pacem quam Dũuallo statuerat haberent: Sed de viis orta est discordia quia nesciebatur quibus terminis diffinitę essent. Rex ergo omne ambiguum legi suę auferre volens: conuocauit omnes operarios totius insulæ: iussitq; viam ex cœmento & lapidibus fabricari: quę insulam in longitudinem a Cornubio mari vsq; ad Cathenesium littus secaret: & ad ciuitates q̃ intra eã erant recto limite duceret. Iussit etiam aliã fieri in latitudinem regni quæ a Mœnenia quæ super Demetricum mare sita est: vsq; ad portum Hamonis extensa ad vrbes intra ducatũ cõstructas dirigeretur. Alias quoq; duas ab obliquo insulæ: quæ ad cæteras ciuitates aditũ præstarent. Deinde sanciuit eas omni honore, omni dignitate: iurisq; sui esse pręcepit q; de illata super eas violentia vindicta sumeretur. Si quis autem scire voluerit omnia quæ de eis statuerit: legat mulmutinas leges quas Gildas historiographus de Britannico in Latinum: Rex vero Alueredus in Anglicum sermonem transtulit.

De itineribus publicis.

Mulmutinæ leges.

¶Belino autem cum pace & trãquillitate regnãte frater eius Brennus in Gallicanum littus (vt prædictũ est) appulsus internis anxietatibus cruciatur. Ferebat enim grauiter sese expulsum a patria esse: nec copiam reuertendi habere: vt amissa dignitate frueretur. Nescius ergo quid fa-

ceret principes Galliæ adiuit duodecim solummodo mili-
tibus comitatus. Cumq; infortuniũ suũ singulis ostende-
ret: nec auxilium ab vllo impetrare quiuisset venit tandẽ
ad Seginum ducem Allobrogum, & ab eo honorifice susce
ptus est. Morans autem apud ipsum accessit in tantam fa-
miliaritatem ducis: vt non esset in curia qui ei præferre-
tur. In omnibus namq; negociis: tum in pace: tum in bello
probitatem suam mõstrabat: adeo vt dux illum amore pa-
terno diligeret. Erat enĩ pulcher aspectu: procera & graci-
lia membra habens, venationem atq; aucupatum vt dece
bat edoctus. Cum ergo in tantam amicitiam ducis incidis
set: Statuit dux vt vnicam quam habebat filiam ipsi mari
tali lege copularet. Et si masculino sexu careret: concede-
bat ei regnum Allobrogũ post obitũ suũ cũ filia possiden-
dum. Si autem filius ei superueniret promittebat auxiliũ
vt in regnum Britanniæ promoueret, & non solum illud
a duce: sed etiã ab omnibus duci subditis heroibus appete
batur: quia in tantam eorum amicitiam prouenerat. Nec
mora, maritatur filia Brẽno, principesq; patriȩ ei subdũtur
soliũq; regni donatur. Nec annus quo hæc facta sunt inte-
gre emẽsus est cũ suprema dies ducis aduenien ipsum ex
hac vita corripuit. Tũc Brẽnus prĩcipes patriȩ quos prius
amicitia allexerat obnoxios sibi facere nõ diffugit: largien
do eis thesaurũ ducis qui a tempore atauorũ reseruatus
fuerat, & quẽ Allobroges pro maximo habebãt: profusus
erat in faciendis conuiuiis ianuam suam nulli prohibens.
Attractis ergo quibusq; in dilectionẽ deliberauit apud se
qualiter se in Belinũ fratrem vindicaret: quod cum popu-
lo sibi subdito indicasset assensum præbuerũt cuncti: vt cũ
illo irent ad quodcunq; regnũ ipsos perducere affectasset.
Nec mora, grandi collecto exercitu foedus cum Gallis ini-
uit vt per prouincias eorum Britãniam cum libertate adi
re sineretur. Exinde peracto in littore Neustriensiũ naui-

Brẽnus ab Allobroge honorifice suscipitr.

Brẽnus ducis Allobrogũ filiã ducit.

Brenni munificentia.

Belinus & bren⁹ concordes fiunt

gio ingressus est mare: secundisq; velis insulae applicuit: Diuulgato igitur aduetu ipsius Belinus frater astricta totius regni iuuētute obuiā prexit: pliū cū eo cōmissur⁹: Sed cū hic & inde statutę cohortes fere cōmisceri icepissent: accelerauit mater ambor q̄ adhuc viuebat p dispositas cateruas icedēs: erat nomē illi Cōnuuenna: ęstuabatq; filiū videre: quē multo tēpore nō aspexerat. Vt igitur tremulis gradibus locū quo ipse stabat nacta fuit: brachia collo eius iniecit desiderata oscula ingeminās. Nudatis inde vberib⁹ illū in hūc modū affata est: sermonē impediente singultu. Memento fili memēto vberū istorū q̄ suxisti: matrisq; tuae vteri quo te opifex rerum ex homine in hominem creauit. Vnde te in mūdū pduxit angustiis mea viscera cruciantibus. Anxietatum igitur quas pro te passa sum reminiscens petitioni meae acquiesce: fratri tuo veniam concede: atq; inceptam iram compesce: nullā enim aduersus eum habere debes: qui tibi nullam contumeliam intulerit. Nam quod causaris te videlicet a natione tua per eū expulsum fuisse: si euentum rei diligentius institeris intueri: nullatenus reperies qd iniustitiā vocabis. non enim fugauit te vt deteri⁹ tibi contingeret: sed coegit deteriora postponere vt ad maiora sublimareris. Subditus namq; illi partem regni possidebas, quam vt amisisti par illi effectus es: Allobrogum regnum adeptus. Quid igitur fecit nisi q̄ ex paupere regulo te in sublimiorem regem promouerit? Adde q̄ dissidium inter vos ortum non per ipsum sed per te coeptum fuit qui auxilio regis norwegiae fretus in ipsum exurgens oppugnasti. Super his ergo quae ipa expsserat motus sedato animo obediuit: & vltro deposita galea cū illa ad fratrē perrexit. Belinus ergo vt illū cum vultu pacis ad se venire conspexit abiectis armis in amplexus eiusdem cucurrit: nec mora facti sunt amici, & cohortibus exarmatis vrbem Ternouantum adiuerunt, ibi consilio cepto quid facerent:

parauerunt exercitũ cõmunẽ in Galliarum partes ducere totamq; suæ potestati submittere patriam.

¶Belinus & Brennus cõcordes effecti post Gallias subiugatas Romã adierũt. Territi Romani de tributo datis obsidibus paciscũtur: discedũt simul ex Italia fratres Germaniã subdere veniẽtes. Pœnituit mox Romanos pacti, & in hostes arma resumũt: repetũt igiť Romã fratres & ipsam captã Brẽnus occupauit: tyrãnidẽ exercẽs: Belinus in Britãniã reuersus post multas vrbes ædificatas: & renouatas leges: vita functus est: cuius puluerẽ in aureo cado cõditũ in celsa turri collocarunt. Cap. XIX.

CMenso deinde anno transfretauerunt in Gallias: patriãq; vastare cœperunt: qđ cum per nationes diuulgatum fuisset: Conuenerunt omnes reguli Francorum, obuiãq; venientes contra eos dimicauerunt. At Belino & Brenno victoria proueniente (vulneratis cateruis) diffugerũt Franci. Britones igitur & Allobroges vt triumpho potiti sunt: fugiẽtes Gallos insequi nõ cessauerunt: donec captis regibus ipsos suæ ditioni subegerũt. Munitis partim vrbibus partim euersis totum regnum intra annũ submiserunt. Postremo cum omnes prouincias ditioni suæ subiugassent petiere Romam cum tota multitudine sua, vrbesq; & colonos per Italiam depopulantur. Erant tũc duo cõsules Romę, Gabius & Porsena, quorũ regimini patria cõmissa fuerat: qui cũ vidissent nullã gentẽ sęuitiæ Belini atq; Brẽni resistere valere: assensu senatorũ venerũt ad illos cõcordiã & amicitiã petẽtes. Obtulerunt etiã plurima donaria auri & argẽti, singulisq; annis tributũ vt cũ pace sua possidere sinerenť. Sũptis itaq; obsidibus veniã donauerũt reges: cohortesq; suas in Germaniã duxerunt. cũq; populũ infestare institissent piguit Romanos prędicti fœderis: & reuocata audacia Germanis in auxiliũ processerunt: qđ cũ regibus cõpertum esset vltra modum

Belin9 & Brẽnus fratres Frãcorũ.

Romani cũ Brenno fœd9 ineunt.

indignati: consilium inierunt: quomodo vtrumq; populũ oppugnarent. Tanta namq; multitudo Italorum superuenerat: q illis timor esset. Consilio ergo habito remansit Belinus cum Britonibus in Germania prælia hostibus illaturus. Brennus vero cum exercitibus suis Romam adiuit vt ruptum fœdus in Romanos vindicaret. Id autem Itali cognoscentes deseruerunt Germanos: & Romam reuertẽtes iter Brenni festinauerunt præcedere. Belinus itaq; vt illud ipsi nunciatum fuerat reuocato exercitu eadem nocte accelerauit quãdã vallem nancisci qua hostes præterituri erant: intraq; illam delituit: & aduẽtũ illorũ expectauit. Sequenti deinde die instante venerunt Itali ad eũdem locum cœptum iter facientes: & cum vallem armis hostiũ fulgere prospexissent, confestim stupefacti arbitrati sunt Brennum Senonesq; Gallos adesse. Belinus ergo compertis hostibus subito impetu irruptionem fecit in illos atq; acriter inuasit. Nec mora, Romani enim repente occupati quia inermes & sine ordine incedebant cum fuga campũ deseruerunt: quos Belinus insequens sine pietate trucidare nõ cessauit: donec superueniẽte nocte inceptã stragẽ perficere nequiuit. Cum victoria inde Brennum petiuit: qui iam tribus diebus Romam obsidebat: vt ergo cõmunẽ exercitum fecerunt: inuadentes vndiq; vrbem: mœnia prosternere insistunt: & vt maiorem cladem ingererent: erexerunt furcas ante portas ciuitatis: obsessisq; mandauerũt: q obsides quos dederant suspensuri erant nisi sese suæ ditioni submittere voluissent. Verũ Romani in proposito suo perseuerantes despecta natorum & nepotum pietate sese defendere intendunt. Nã quandoq; machinationes eorum contrariis vel consimilibus machinationibus conterebant quandoq; multimodis telis ipsos a mœnibus repellebant. Cumq; illud conspexissent fratres confestim graui excandescentes ira viginti quatuor nobilissimos obsidum in

Ius gẽtiũ violatẽ a Rõanis.

Rõani i fugam a Belino p pulsi.

Rõa obsidetẽ a Brẽno.

Rõanorũ nobiliũ obsides.

conspectu parentum suspendi præceperunt. Romani itaq; proteruiores insistentes fretiq; legatione Gabii & Porsenę consulum qui ipsis mandauerant q in auxilium eorum sequenti die venirent: vrbem aggredi statuerunt: & cum hostibus prælia committere, dumq; turmas suas sapienter disponerent: ecce prædicti consules resociatis sociis qui dispersi fuerant: præliaturi aduenerunt. Densis autem agminibus incedentes ex improuiso inuaserunt Allobroges & Britones: egressisq; ciuibus consociati stragem non minimam fecerunt. Porro fratres cum cladem commilitonum tam subito illatam inspexissent: admodum anxiati socios hortari cœperunt: atq; in turmas resociare: crebrasq; irruptiones facientes hostes retrocedere coegerunt. Postremo peremptis in vtraq; parte ad multa milia pugilib9: victoria fratribus prouenit. Interfecto etiam Gabio & Porsena capto: vrbem ceperunt: & absconditas ciuium opes commilitonibus dederunt. Vrbs roma a brēno capit.

¶Habita ergo victoria remansit Brennus in Italia populum inaudita Tyrannide afficiens cuius cæteros actus & exitum, qa Romanæ historiæ series declarat: nequaq̃ tractare curaui: ne nimiam prolixitatem huic operi ingererē & ne quod alii tractauerunt peragrans a proposito meo diuerti viderer. Belinus vero in Britanniam reuersus est: & cum trāquillitate reliquis vitæ suæ diebus patriam tractauit. Renouauit vrbes vbicunq; collapsæ fuerant: & multas nouas ædificauit. Inter cæteras composuit vnam super Oscam flumē prope sabrinum mare: quæ multis tēporibus Kaerosc appellata est. Metropolis Clocestriæ fuerat. Postq̃ autem Romani venerunt pfato noīe deleto vocata est vrbs Legionum: nomē nacta a Romanis legionib9 q̄ ibidem hyemare solebāt. Fecit etiā in vrbe Ternouāto ianuā miræ fabricæ super ripam Tamēsis quā flu. de nomine suo ciues tpibus istis Beluesgata vocāt. Desuper vero ædifica-

Vide Iustinū de exitu brēni.

Gallogræci.

uit turrim miræ magnitudinis: portūq; subtus ad pedem applicantibus nauibus idoneum, leges patris vbiq; per regnū renouauit constanti iustitiæ insistens. In diebus eius tāta copia diuitiarū populū refecit: quantam nec ante vlla ætas nec postea assecuta perhibeatur. Demū cū suprema dies ipsum ex hac vita rapuisset: cōbustū est eius corpus: & puluis in aureo cado recōditus: quē in vrbe Ternouātina in summitate prædictæ turris mira arte locauerunt.

Mors Belini & ei9 spelūca.

¶ Post Belinum regnauit Gurguintus Brabtrucus patris studiosus æmulator, hic in Daciam cū exercitu profectus regem sibi tributum denegantem interemit: rediens inde exulem ex Hispaniis populū ad Orcades insulas reperiens: ad Hyberniam tunc incolis vacuā direxit. Post ipsum successit Guithelinus post quem Sisillius: ex illo tertius Morindus qui rege Maurorum cum crudelitate triumphato ab immani belua deuoratus est.

Cap. XX.

Gurguintus



POst hęc successit ei Gurguintus Brabtrucus eiusdem filius vir modestus & prudēs: qui per omnia actus paternos imitans pacem & iustitiam amabat: & cū vicini aduersus eum rebellabant audaciam exemplo genitoris reuocans dira prælia committebat, & hostes ad debitam subiectionem reducebat. Inter multa alia contigit ꝙ rex Dacorum qui diebus patris tributū reddebat huic reddere diffugeret & ei subiectionem abnegaret: qđ ipse grauiter ferens duxit nauigiū in Daciā afflictoq; durissimis præliis populo interfecit regem, patriamq; pristino iugo supposuit. Ea tempestate cū post illam victoriam domū per insulas Orcades rediret: inuenit triginta naues viris & mulieribus plenas: & cum causam aduentus eorū inquisiuisset: accessit ad eū dux ipsorum Partholemęus nomine & adorato eo veniam & pacem rogauit. Dicebat au-

Dacia subiugatur.

tem se ex partibus Hispaniarum expulsum fuisse & mariã illa circuire vt locum mãsionis haberet. Petiuit ergo ab eo portiunculam Britanniæ inhabitandam: ne odiosum iter maris diutius pererrarent: Annus enim cum dimidio iam elapsus fuerat: ex quo patria sua pulsus per oceanum cum sociis nauigauerat. Vt igitur Gurguintus Brabtrucus ipsos ex Hispania venisse & Balenses esse vocatos petitionem q̃ eorum edoctus fuit: misit homines cum eis ad insulam Hyberniæ quæ tunc vacua ab omni incola erat: eamq̃ eis concessit. Deinde creuerunt illic & multiplicati sunt: insulãq̃ vsq̃ ad hunc diem tenuerũt. Gurguintus vero Brabtrucus cum dies vitæ cum pace expleuisset: sepultus fuit i vrbe Legionum quam propter obitum patris ædificiis & muris decorare studuerat. Origo Hyberniensium.

POst illum Guinthelinus diademã regni suscepit quod omni vitæ suæ tempore benigne & modeste tractauit. erat ei nobilis mulier Martia nomine: omnibus artibus erudita. hæc inter multa & inaudita quæ proprio ingenio inuenerat, inuenit legem quam Britones Martianam vocauerunt. Hanc etiam rex Aluredus inter ceteras trãstulit quã Saxonica lingua Marthe helage vocauit. At vt Guĩthelin⁹ obiit cessit regni gubernaculũ dictę reginæ: & filio ipsius qui Sisillius vocabatur. Erat tũc Sisillius septem annorum cuius nondum ætas expetebat: vt regni moderationi præferretur. Quare mater cõsilio & sensu pollẽs totius insulę imperium obtinuit: quæ cum ab hac luce migrasset Sisillius sumpto diademate regni gubernaculo potitus est. Post ipsũ Kimarus eius filius regnũ obtinuit. Cui successit Elani⁹ eiusdẽ frater: quo desũcto ĩsignitus est Moridus quẽ ex Tãguestela cõcubina genuerat Hic nimia ꝓbitate famosissimus esset nisi immoderatę crudelitati indulsisset: nemini namq̃ ꝑcebat iratus quin iter- Lex Martiana.

ficeret si telorũ copiã reperisset. Erat nãq pulcher aspectu & in dandis muneribus ꝓfusus: nec erat alter tantæ fortitudinis in regno qui eius congressum sustinere quiuisset. Tẽporibus ipsius applicuit quidã rex Maurorum cũ magna manu ĩ Northũbriã: & patriã vastare cœpit. Cui Morindus collecta totius insulæ iuuẽtute obuius perrexit: & cũ illo præliatus est. Plus ipse solus in ꝓliando ꝓficiebat q̃ maxima pars exercitus sui principatus: & vt victoria potitus est nõ euasit vllus viuus quin ipsum interficeret. Iubebat eñ vnũ post aliũ ante se adduci vt quẽlibet perimendo crudelitatẽ suã satiaret: & cũ fatigatus parũ cessasset ꝓcipiebat ipsos viuos excoriari & excoriatos cõburi. Inter hęc & alia eius sæuitiæ facinora accessit infortuniũ quoddam qđ eius nequitiã terminauit. Aduenerat nãq ex partibus hybernici maris inauditæ feritatis belua quæ incolas maritimos sine intermissione deuorabat. Cũq fama eius aures attigisset: accessit ipse ad illam, & solus cũ sola congressus est. at cum omnia tela sua in illã in vanũ consumpsisset accelerauit monstrum illud & apertis faucibus ipsum velut pisciculum deuorauit.

Morindꝰ crudelissimus tyrãnus a belua deuoratur.

¶ Genuerat Morindus liberos quinq, quorum Gorbonianus probitatis amator primus regnum populumq tractauit. Post hunc Archigallo quem ob insolentem nequitiam regni nobiles regio solio expulerũt Elidurum fratrẽ erigentes. Hic post misero fratri obuians diadema sibi amouens fraterno capiti imposuit: regnat secundo Archigallo regnatq post eum secundo Elidurus: quem reliqui fratres duo prælio detẽtum incarcerarunt: moriuntur fratres illi & Elidurus tertio rex dies cum probitate explens pietatis exemplum posteris dereliquit.

Cap. XXI.



Enuerat ipẽ qnq filios quorũ priogẽitꝰ Gorbonianꝰ noie soliũ regni suscepit. Nullꝰ ea tẽpestate eo

iustior erat neceqni amantior: nec qui populum maiorē diligentia tractaret. Mos eius continuus erat debitum honorem diis primū impendere: & rectam plebi iustitiā: per cunctas regni Britanniæ ciuitates templa deorum releuabat & plura noua ædificabat. Omnibus diebus eius tanta diuitiarum copia insula affluebat: quātā nullę collaterales prouinciæ habebant. Quippe colonos ad agriculturam admonebat: ipsos ab iniuriis dominorū defendens: bellatores quoq; iuuenes auri & argenti copia ditabat: ita vt nulli opus esset iniuriā alteri facere. Inter hæc & plurima innatæ bonitatis eius gesta debita naturæ soluens ab hac luce migrauit: & in vrbe Ternouanto sepultus est.

¶Post illum Archigallo frater eius regio diademate insignitur qui in omnibus suis actibus Germano diuersus extitit. Nobiles nāq; vbiq; laborabat deponere: & ignobiles exaltare: diuitib⁹ quibusq; sua auferre. Infinitos thesauros accumulare. Quod heroes regni diutius ferre recusantes insurrexerunt in illum & a solio regio deposuerunt: erexerunt exinde Elidurum fratrem eius: qui postea propter misericordiam quam in fratrem fecit: Pius vocatus fuit: nam cum regnum emerso quinquēnio possedisset forte in Calaterio nemore venās obuiauit fratri suo q depositus fuerat. Nam peragratis quibuscunq; prouincialibus regnis auxilium quæsiuerat vt amissum honorem recuperare quiuisset: nec vsq̄ inuenerat: & cum superuenientem paupertatem diutius ferre nō potuisset: Reuersus est in Britanniam decem solūmodo militibus sociatus. Petēs ergo illos quos dudum habuerat amicos prædictum nemus præteribat. Quem quum Elidurus ipsius frater ipsum nō speratum aspexit: omnis iniuriæ immemor accurrit & illum est amplexatus plurima oscula ingeminans, qui vt diu miseriam fratris defleuit: duxit illum secū in ciuitatem Aldud: & in thalamo suo occuluit. Post hæc fin-

Archigallo a Britōib⁹ deponit.

Astutia Eliduri.

xit se infirmũ ibi nũciosq; suos per totũ regnũ direxit: qui principibus sibi subditis suggessissent: vt ad se ipm visitã dũ veniret. Cũq; in vrbẽ cũcti qua cubabat cõuenissent: pcepit vt vnusquisq; thalamũ suũ singillatim & sine tumultu ingrederetur. Asserebat eñ sermonẽ plurimũ capiti suo nocere si cateruatim supuenissent. Credulus ergo quisq; iussioni eius paruit vnusquisq; post alterũ domũ ingressus est. Singulos itaq; ingrediẽtes præcipiebat Elidurus ministris qui ad hoc parati erãt capere, ipsisq; capita amputare nisi se iterũ Archigalloni fratri suo submisissent: sic faciebat separatim de cũctis & oẽs Archigalloni mediãte timore conciliauit. Confirmato deniq; fœdere duxit Elidurus Archigallonem Eboracũ: cepitq; diadema de capite suo, & fratris capiti imposuit. Vnde sortitus est hoc nomẽ Pius: quia pdictã pietatẽ in fratrẽ habuerat. Regnauit ergo Archigallo decẽ annis, & sese ab incepta nequitia correxit: viceq; versa cœpit ignobiles deponere, & generosos exaltare. Qđ suũ erat vnicuiq; permittere: rectãq; iustitiã exercere. Deniq; supueniẽte languore defunctus, & in vrbe Kaerleir sepultus est. Erigitur Elidurus iterũ in regem & pristinæ dignitati restituitur: Sed dũ Gorbonianũ fratrem suũ in omni bonitate sequeretur: duo residui fratres Vigenius & Peredurus collectis vndiq; armatis cũ illo præliari aggrediuntur: potiti illi victoria ceperunt illum & intra turrim vrbis Ternouantinæ incluserũt custodes deputantes. Postmodũ partiti sunt regnũ in duo: cuius pars quæ ab Humbro flumine occidentẽ versus vergit in sortem cecidit Vigenio. Altera vero cum tota Albania Pereduro. Elapsis demũ septem annis obiit Vigenius: & totum regnum cessit Pereduro. Insignit⁹ itaq; sceptro postmodũ benigne & modeste populum gubernauit: ita vt antecessores fratres excelleret: nec de Eliduro mentio fieret. Sed cũ nemini mors parcere sciat: superuenit illa repentino cursu ipsumq; vi-

Mos Britanniæ.

Elidur⁹ iterum regnat.

te gaudio surripuit. Educitur continuo Elidurus carcere & tertio in solium regni sublimatur, qui cum omne tẽpus suum in bonitate & iustitia expleuisset ab hac luce migrãs pietatis exemplũ successoribus suis dereliquit. Elidur⁹ tertio regnat.

¶Post Elidurum regnat Gorboniani filius auunculi morum imitator. Post quẽ plurimis aliis intermediis regnauit Cassibellan⁹ vrbis Londoniarũ studiosus augmẽtator & amator. Cui loco liberorum suorum qui ob ætatẽ regnare non poterant successit suus frater Cassibellanus: ad quẽ Julius Cęsar scribit vt Romanæ dignitati subiectionem fateretur sicut cæteræ gentes: quod ipse indignatus Iulio rescribens penitus denegauit.

Cap. XXII.

DEfuncto itaq; Eliduro suscepit Gorboniani filius regni diadema. Auunculũ sensu & prudẽtia imitaturus. Postposita namq; tyrannide iustitiã atq; misericordiam in populũ exercebat: nec vnq̃ a tramite deuiauit rectitudinis. Post illum regnauit Marganus Archigallonis filius: qui etiam exemplo parentum serenatus gẽtem Britonum cum tranquillitate tractauit. Huic successit Emerianus frater qui longe ab illo differens in tractando populum sexto anno regni sui a sede regia depositus est. Postposita namq; iustitia tyrannidem præelegit, quæ ipsum a solio regni deposuit. In loco eius fuit positus cognatus eius Iduallo Vigenii filius qui aduentu Emeriani correctus ius atq; rectitudinem colebat. Huic successit primo Pereduri filius: cui Geruntius Eliduri filius. Post illũ Catellus filius eius. Post Catellum Coillus: Post illum Porrex. Post Porrecem Cherimus. Huic nati fuerunt tres filii Fulgenius videlicet atq; Eldadus necnon & Androgius: Qui omnes vnus post alterũ regnauerũt. Exinde successit Androgii filius: cui Eliud: cui Dedacus: cui Cloteuus:

Cui Gurgineus: Cui Merianus: Cui Bleduus: Cui Cap. Cui Oenus: cui Sisillius: cui Blegabridus. hic omnes cātores quos pcedens ætas habuerat: & in modulis, & in oībus musicis instrumētis excedebat: ita vt deus ioculatorū videretur. Post illū regnauit Archemailus frater suus. Post Archemailum Eldon cui successit Redion. cui Rodrecius: cui Samulpenisel: cui Pir: cui Capoir⁹: deinde successit Gligueilus Capoiri filius. vir in oībus actib⁹ modestus & prudens: & q super oīa verā iustitiā inter populos exercebat. Post illū successit Hely filius eius: regnūq; quadraginta annis tractauit. Hic tres generauit filios: Lud, Cassibellanū, Neurium: quorum primogenitus ædificator vrbiū videlicet Lud regnum post obitum patris suscepit. Exinde gloriosus ædificator vrbiū existens renouauit muros Ternouanti & innumerabilibus turribus eā circūcinxit. Praecepit etiā ciuibus vt domos & ædificia sua in eadem cōstruerēt ita vt nō esset in lōge positis regnis ciuitas quę pulchriora palatia cōtineret. Fuit ipse bellicosus homo & in dandis epulis profusus. Et cū plures ciuitates possideret hanc præ omnibus amabat: & in illa maiori parte totius anni cōmanebat: vnde nominata fuit postmodum Kaerlud. Et deinde per corruptionē nominis Kaerlondon. Succedente vero tēpore per cōmutationem linguarum dicta fuit Londonię: & postea Londres applicantibus alienigenis: qui patriā sibi submittebāt. Defuncto tandē illo corpus eius recōditū fuit in prædicta ciuitate iuxta portā illam quæ adhuc noīe eius Porzlud Britānice: Saxonice Ludesgata nūcupatur. Nati fuerūt ei duo filii Androgeus & Tenācius: qui cū propter ætatē regnū tractare nequiuissent Cassibellanus eorū patruus loco illorū in regē sublimatur. Mox vt diademate insignitus fuit: cœpit tāta largitate atq; pbitate vigere: vt illius fama per remota regna diuulgaretur. Vnde contigit vt totius regni monarchia sibi & non suis ne-

Lud patri in regnū succedit qui vrbē Lōdonias reædificat.

Vnde vrbs Lōdoniarū dicta.

De morte & sepultura Lud.

Parato aūt nauigio ingrediunt̃ mulieres naues: & per Tamēsem fluuiū maria petūt. Postremo cū vela versus Armoricanos diuertissent: insurrexerūt in classem cōtrarii venti & in breui totā dissipāt societatē. Periclitant̃ ergo naues infra maria ĩ maiori pte submersę: q̃ vero tm̄ euaserūt piculū appulsę sunt ĩ Barbaras insulas, & ab ignota gēte sunt trucidatę: siue mācipatę. Inciderāt siqdē in nefandū exercitū Guanini & Melgę q iussu Gratiani maritimoꝝ nationes & Germanię dira clade opprimebāt. Erat aūt Guaninus Hūnoꝝ rex: Melga vero Pictorū: quos asciuerat sibi Gratian⁹: miseratq̃ ĩ Germaniā vt eos q Maximiano fauerēt ingetarēt p maritima. Ergo sequiētes p̄dictis puellis obuiarūt in ptes illas appulsis. Inspiciētes igit̃ earū pulchritudinē lasciuire cū eis voluerūt: sed cū abnegassent puellę ĩ eas Ambrones irruerūt: maximāq̃ ptē sine pietate trucidauerūt. Deinde nefandi Pictoꝝ & Hūnoꝝ duces Guaninus & Melga qui ptib⁹ Gratiani & Valētiniani fauebāt, cū ĩsulā Britāniæ didicissent ab oĩ armato milite vacuatā: iter festinatū versus illā direxerūt: associatisq̃ sibi collateralibus ĩsulis: ĩ Albaniā applicuerūt. Agmine igit̃ facto inuaserūt regnū qđ rectore & defensore carebat: vulg⁹ irratiōabile cędētes. Duxerat secū Maximian⁹ vt p̄dictū est oēs bellicosos iuuenes q repiri potuerāt: inermesq̃ colonos atq̃ icōsultos reliqrat: quos cū p̄dicti Guaninus & Melga cōpererūt minime resistere posse stragē nō minimā faciētes, vrbes & puicias vt ouiū caulas vastare nō cessabāt. Cū ergo tāta calamitas Maximiano nūciata fuisset: misit Gratianū municipē cū duab⁹ legionib⁹ vt auxiliū subuectaret: q vt ĩ ĩsulā venerūt p̄liati sunt cū p̄dictis hostib⁹ & acerrima nece affectos ĩ Hyberniā fugauerūt. Interea Maximianus Romę interfectus est ab amicis Gratiani: & Britones quos secū duxerat iterfecti sunt & dissipati, q euadere potuerūt ad cōciues suos venerūt ad Armoricā q̃ iā altera Britānia vocabat̃.

Vndecim milia virginū trucidātur.

Maximian⁹ interficitur.

Gratianus regni Britanniæ vsurpat.

Gratianus interficitur.

GRatianus municeps cum de nece Maximiani audiuisset cepit regni diadema, & sese in regē promouit. Exinde tantā in populo tyrānidē exercuit q̄ caterruis factis in eū vulgus irruit: & interfecit: q̄d cum per cætera regna diuulgatum fuisset reuersi sunt prędicti hostes ex Hybernia: & secū scotos norwegenses & Dacos cōducentes regnum a mari vsq; ad mare ferro & flāma affecerunt. Ob hanc infestationem & durissimam oppressionem legati Romā cū epistolis mittūtur militarē manū ad se vindicandos lachrymosis postulationibus poscentes & subiectionē sui in perpetuū vouētes, si hostes longius arcerēt: quibus mox cōmittit legio præteriti mali īmemor quæ ratib⁹ trans oceanum in patriā vecta cominus cum hostibus congressa est. Magnā deniq; ex his multitudinem sternēs oēs ex finibus pepulit atq; oppressam plebē ab eorū atroci dilaceratione liberauit: ad quos iussit murum cōstruere īter Albaniam & Deirā a mari vsq; ad mare vt esset arcēdis hostibus a turba instruct⁹ terrori: ciuib⁹ vero tutamini. Erat aūt Albania penit⁹ frequentatione Barbarorū vastata, & q̄cūq; hostes supueniebant opportunū intra ipsam habebāt receptaculum. Collecto igitur publico & priuato sumptu incumbunt indigenæ operi & murum perficiunt.

¶ Mādant Britonibus Romani vt sese ppriis armis a grassatoribus defendant. Nitunt̄ id Britones suasu Guethelini archiepi. Sed duriorē stragem ab hostibus perpessi petūt iterum a Romanis auxilium. Denegant auxilium fatigati Romani: in Britanniam minorē tamen veniens Guethelinus ab Aldroeno prędidium cui præerat Constantinus accepit. Vnde hostibus triumphatis insignitur idem Cōstātinus regni diademate: qui tandem a Picto quodam proditione interimitur liberos tres ex Romana cōiuge relinquens. Cap. V.

ROmani igitur senatui denūciāt nequaq̄ se tā laboriosis expeditionib⁹ posse frequētius vexari: & ob imbelles & erraticos latrūculos Romana stēmata tātū taleq̄ exercitū terra ac mari fatigari. Sed vt potius soli cōsuescēdo armis ac viriliter dimicādo terrā, substātiā, cōiuges, liberos, & qd̄ iis maius est libertatē vitāq̄ totis viribus defenderēt. Vt ergo hāc admonitionē facerēt iusserūt oēs cōuenire bellicosos viros insulæītra Lōdonias: nā Romani repedare moliebant̄. Cū aūt cōuenissent cūcti cōmissus est sermo Guethelino Londoniēsi metropolitano q ipsos ī hęc verba adiuit. Cū vos iussu astātiū principū alloqui deberē magis ī fletū q̄ ī excelsum sermonē prūpere cogor: miseret em̄ me debilitatis & orphanitatis q̄ vobis accessit. Postq̄ Maximian⁹ regnū istud oī milite oiq̄ iuuētute spoliauit. Vos aūt eratis reliquię: plebs vsus belli ignara qui cęteris negociis vt ī terris colēdis, diuersisq̄ cōmercii machinationib⁹ itēdebatis. Cū ergo supuenerūt ab alienis natiōib⁹ inimici velut oues sine pastore errātes, vos ouilia deserere coegerūt: donec Romana ptās vos possessiōib⁹ vestris restituit. Erit ne ergo spes vestra semp ī alieno tutamine, & nō īstruetis man⁹ vestras ensibus & hastis ī latrones nequaq̄ vobis fortiores: nisi segnitia & torpor adesset? Iā tędet Romanos tā assidui itineris quo vexāt vt p vobis cū hostib⁹ cōgrediant̄: pri⁹ oē tributū qd̄ soluitis dimittere pēligūt q̄ hoc mō diuti⁹ terra & pōto fatigari. Q2 si tpe militū vestroꝝ fueratis vulg⁹: putabitis idcirco oēm virilitatē a vobis diffugisse: nōne hoīes trāsuerso ordine nascūt? Ita vt ex rustico gn̄et̄ miles, & ex milite rustic⁹: miles etiā de Māgone venit & Māgo de milite. Hac ergo cōsuetudine q̄uis vn⁹ ab altero pcedat: nō existimo eos esse illud qd̄ est hoīs amittere: cū igit̄ sitis homines habetote vos sicut hoīes & inuocate Christū vt audaciā adhibeat & defendat libertatem. Cū finem dicēdi fecisset, tanto murmure insre-

muit populus vt ipos subita audacia repletos diceres. Post hæc Romani fortia monita formidoloso pplo tradũt: exemplaria instruendorũ armorum relinquũt. In littore quoq oceani i quo illorum naues habebãt ad meridianam plagã q exinde Barbari timebant turres per interualla ad pspectũ maris collocari pcipiũt, sed facilius est accipitrẽ ex miluo fieri: q̃ ex rustico subito eruditũ: & q pfundã doctrinã eis diffũdit idẽ facit ac si Margaritã iter porcos spargeret. Nã vt vale dicto Romani non vltra reuersuri abscesserũt: emergũt iterũ pdicti duces Guaninus & Melga ex nauib9 qbus in Hyberniã vecti fuerãt cũ cęteris cuneis scotorũ & pictorũ: & cum nor wegensibus: Dacis & cæteris quos cõduxerãt: & oẽm Albaniã muro tenus capessunt. Cognita etiã Rõanorũ reuersione & reditus denegatione confidentiores solito destructioni insulæ imminẽt. Ad hoc in edito murorũ statuunt rustici: segnes ad pugnam: habiles ad fugã: tremẽtibus pcordiis inepti: qui diebus & noctib9 stupido sedili marcebant. Interea nõ cessant inuncata hostiũ tela quibus miserrimũ vulgus de muris trahebat: & solo allidebatur. Hoc scilicet eis proficiebat immaturę mortis supplicium qui tali funere rapiebantur: quo fratrũ pignorum q suorũ miserãdas ĩminẽtesq pœnas cito exitu euitarẽt. O diuinã ob pterita scelera vltionẽ ob tot bellicosorũ militũ p vesaniã Maximiani absẽtiã: q si i tãta adesset calamitate, non superuenisset ppls: quẽ nõ i fugã ppellerẽt: qđ manifestũ fuit dũ manebãt. Nã & lõge posita regna adiiciebãt ptãti suæ & Britãniã cũ trãqllitate possidebãt. Sic fit dũ regnũ tutamini rusticorũ relinquit. Quid plura? relictis ciuitatibus muroq excelso iterũ ciuibus fugę: iterũ dispsiones despabiliores solito. Iterũ ab hoste isectatiões. Iterũ crudeliores strages accelerant: & sicut agni a lupis ita miseranda plebs ab inimicis discerpit. Rursũ iterũ miseræ reliqę mittũt eplas ad Agnitiũ Rõanę ptãtis virũ: hoc mõ loquẽtes.

Mores nõ facile mutari posse.

Exclamatio.

AGnitio ter cõsuli Britonũ gemit⁹: & post pauca. querentes adiicit nos mare ad Barbaros, Barbari ad mare repellunt. Interea duo funerum genera oriũtur: aut eñ submergimur aut iugulamur. Nec ꝑ his quicq̃ adiutorii habẽtes: tristes inde redeũt: atq; ciuibus repulsam suã denũciãt. Inito itaq; cõsilio trãsfretauit Guitelinus Londoniensis archieps in minorem Britãniã quæ tũc Armorica siue Letania dicebatur: vt auxiliũ a confratribus suis postularet. Regnabat tunc in illa Aldroenus a Conano quartus, cui Maximianus regnũ illud donauerat sicut iã supra dictũ est: qui viso tãtæ reuerẽtiæ viro illũ cũ honore recepit: causamq; aduẽtus sui inquisiuit. Cui Guitelinus satis patet nobilitati tuæ & te in fletũ mouere potest miseria quã nos Britones tui passi sumus: ex quo Maximianus insulã nostrã suis militibus spoliauit: istudq; regnũ qđ possides (& vtinã cũ diuturna pace possideas) ab ipsis inhabitari ꝓcepit. Insurrexerunt eteñ in nos pauperculas nõis nostri reliquias oẽs comprouinciales insulæ & nostrã insulã omni copia diuitiarũ repletã euacuauerunt. ita vt vniuersę eiusdẽ nationes totius cibi baculo excepto venatorię artis solatio careat: nec fuit qui obuiaret cũ nullus potẽs, nullus bellicosus ex nostris remãserit. Nã Romani in tędiũ nostri versi sunt, & omnino suũ abnegauerunt auxiliũ. Ab omni igit̃ alia spe repulsi venimus tuã iplorãtes misericordiã: vt ꝑsidiũ adhibeas: & debitũ tibi regnũ a Barbaroꝝ irruptione ꝓtegas. Quis eñ ali⁹ te ĩuito diademate Cõstãtini & Maximiani debeat coronari, cũ aui tui atq; proaui ipso ĩsigniti fuerint? para nauigiũ tuũ & veni ecce regnũ Britãnię in manus tuas trado. Ad hęc Androenus: olim tẽpus fuit quo nõ negassẽ insulã Britãnię accipere, si qs eã mihi largit⁹ fuisset: nõ eñ existĩo alterã patriã fertiliorẽ fuisse dũ pace & trãquillitate frueretur. At nunc qñ infortunia accesserũt vilior facta est & mihi & cęteris

pricipibus odiosa. Super oĩa multa ptãs Romanorũ intantum nocuit: vt nemo stabilem dignitatem intra illam habere queat: qn seruitutis iugo oneratus libertatẽ amittat. Quis ergo nõ mallet minores ĩsulas cum libertate possidere: q̃ diuitias ipsius sub iugo seruitutis habere? Regnum istud quod nũc ptãti meæ subditũ est cum honore & sine obsequio quod superiori impendam possideo. vnde ipm cęteris nationibus præferre pelegi cũ ipsũ cũ libertate gubernem. at enim cum ius ĩ insulã aui paui & ataui mei habuerint: trado tibi Constantinum fratrẽ meũ & duo milia militum: vt si deus pmiserit: patriã Barbarica irruptione liberet & sese illius diademate insigniat. Habeo nãq; quẽdam fratrẽ pdicto noĩe vocatũ qui in militia cæterisq; pbitatibus viget: illũ tibi cũ præfato numero cõmittere non differam: si placet vt recipiat. Nã de ampliori militũ numero tacendũ cẽseo cũ Gallorum ingẽtudo quotidie immineat. Vix finẽ dicẽdi fecerat cum grates egit archieps vocatoq; Cõstãtino ei in hæc verba arrisit. Christus vincit: Christ9 imperat: Christus regnat. Ecce rex Britãnię desertę. Assit modo Christus: ecce defensio nostra: ecce spes nostra & gaudium. Quid plura? paratis in littore nauibus eligunt ex diuersis regni partibus milites: & Guethelino traduntur.

Præbet ãdroge9 minoris britãniæ rex Guethelino subsidiũ.



Vmq; omnia parata fuissent ingressi sunt mare: atq; in Totonesiũ portũ applicuerunt, nec mora, collegerũt reliquam iuuentutem insulæ. & cum hostibus congressi victoriam per meritum beati viri adepti sunt. Exinde confluxerunt vndiq; Britones prius dispsi & facta intra Silcestriã concione erexerunt in regem Cõstantinum regniq; diadema capiti eius imposuerunt. Dederunt ei coniugem ex nobili Romanorum genere ortam quã Guethelin9 archieps educauerat: cũq; illã cognouisset genuit ex illa tres filios: quorũ noĩa fuerunt Constãs: Aurelius Ambrosius: & Vtherpendragon. Constantẽ vt prio

Cõstãtinus in regem.

genitum tradidit in ecclesiā Amphibali intra Guyntoniā, vt monachalē ordinē susciperet. Ceteros aūt duos, Aureliū videlicet & Vther. Guethelino nutriendos cōmisit. Postremo cū decē anni pterissent, venit quidā Pictus qui ad obsequiū eius fuerat: & quasi secretū eloquiū habiturus in virgulto quodam semotis cunctis eum cultro interfecit.

¶Contenditur defuncto Constantino quis in regnū sublimetur inter cōtendendum obtrudit Vortegirnus consul Constantē religionis professorē in regni solium. Et Pictos milites quos factiosos praesciebat in familiam regis vocat parans sibi regnandi aditū. Interimitur Constans ab eisdē Pictis. Et Vortegirnus desiderati cōpos, regnum non sine angore moderatur. Cap. VI.

Defuncto igitur Cōstātino fuit inter pceres dissensio qs in regnū sublimaret: alii itaq; Aureliū Ambrosiū acclamāt: alii Vtherpendragonē: alii ceteros ex generatione ppinquos. Deniq; cū nūc sic nūc aliter cōtēdissent, accessit Vortegirnus cōsul Gewisseorum qui omni nisu i regnū anhelabat, & Cōstātē adiuit monachū ipsumq; in hec verba allocutus est. Ecce pater tuus defunctus est: & fratres tui pter aetatē sublimari nequeunt, nec aliū video in pgenie tua quē populus in regē pmoueat: si igit cōsilio meo acquiescere volueris, & meā possessionem augmētare cōuertā populū in affectū sublimādi te in regē & ex tali habitu licet ordo repugnet te abstrahā. Qđ cum audisset Cōstans maximo fluctuauit gaudio: & qcqd callebat ipm velle ei iureiurādo pmittebat. Cepitq; eū Vortegirnus, duxitq; eū regiis ornamētis idutum Lōdonias atq; vix annuēte populo in regē erexit: tunc defunctus fuerat Guethelinus archieps, nec fuit ali9 q iungere psumpsisset quia ex monacho trāsferebat. Nec tñ ideo postposuit diadema qđ ipse Vortegirnus vice epi capiti eius imposuit.

Sublimatus igitur Cōstās totā iustitiā regni Vortegirno cōmisit: & semetipm in consiliū eiusdē tradidit: vt nihil absq ipsius pcepto faceret. Quippe ipsius debilitas sensus id faciebat. Nā intra claustrū aliud q̄ regnū tractare didicerat. Qd cū calluisset Vortegirnus cœpit secū deliberare qualiter in regē sublimari possit. Nā prius sup oia id cupiebat. Videbat et eīntps cōgruum instare qd desideriū suū leuiter ad effectū duci poterat. Totū nāq regnū dispositioni eius cōmissum fuerat, nec Cōstās qui rex dicebatur nisi pro pricipis vmbra astabat. Nulli9 iustitię fuerat nec a populo nec a vicinis gentib9 timebat. Duo aūt pueri fratres eiusdē Vther videlicet atq Aurelius Ambrosi9 in cunis iacētes inhabiles erāt vt in regnū promouerent. Praterea infortuniū illud acciderat: q regni pceres qui maiores natu erāt defuncti fuerāt. Vortegirnus aūt quia solus astut9 & sapiens magniq cōsilii videbatur, cęteri aūt pene oēs pueri erāt ac iuuenes perēptisq in anteactis pliis eorūdē prib9 & auunculis vtcūq honores possidebāt. Hęc igit oia comperiēs Vortegirnus meditabat: quo medio facilius & callidius Cōstātē monachū deponeret vt in ipsius locū erumperet. Quod tādiu differre pelegit donec pri9 diuersas nationes meli9 ptāti suæ & familiaritati submisisset. Cœpit ergo petere regis thesauros ab ipso in custodiam eiusq ciuitates cum munitionibus dicēs q rumor asserebat collaterales insulanos supuenire affectasse. Qd cū impetrasset posuit vbiq familiares suos qui easdem vrbes ī fidelitate sua seruarent. Deīde pmeditatā traditionē machinās Cōstātē adiuit, dixitq illi oportere numerū familiæ suę augmētare vt securi9 supuēturis hostib9 resisteret. cui Cōstans: nōne oia dispositioni tuę cōmisi? Fac igitur qcūq volueris ita tū vt in fidelitate mea pmancāt. Ad hæc Vortegirnus. dictū ē mihi Pictos velle conducere Dacos & norwegēses sup nos vt maximā iferāt ingetudinē: quāobrē laudarē & cōsiliū sa

Vortegirni fraus.

luberrimũ esse cẽseo vt quosdam ex Pictis ĩ curia retineas q̃ mediatores inter te & ceteros existãt. Nã si verũ est q̃ rebellare icoeperit explorabũt tibi cõsociorũ suorũ machinationes & versutias q̃s leui⁹ vitare poteris. Ecce occulta occulti iimici ꝓditio: nõ eñ id laudabat vt salus inde ꝓueniret Cõstanti: sed quia sciebat Pictos gentẽ esse instabilẽ & ad omne scelus paratam. Inebriati ergo siue in iram inducti: cõmoueri possent facile aduersus regẽ: ita vt absq̃ cũctamine ipm̃ interficerẽt. Vñ si illud cõtigisset: habere aditum se se ꝓmouẽdi in regẽ: vt saepius affectauerat. Directis itaq̃ in Scotiã nũciis inuitauit centũ Pictos milites: ipsosq̃ ĩtra regis familiam recepit. Receptos aũt sup oẽs honorabat diuersisq̃ donariis ditabat: cibis etiam & potibus vltra modũ satiabat ita vt ꝓ rege illũ haberent. Adorãtes ergo illũ p plateas psallebãt dicẽtes dign⁹ ẽ Vortegirn⁹ ĩpio: dign⁹ ẽ sceptro Britãniç. Cõstans vero indign⁹. Ad haec Vortegirnus magis ac magis donare nitebat, vt magis placeret. At cũ eoꝶ amorẽ oĩno adept⁹ fuisset, illos inebriauit: dixitq̃ se ex Britãnia velle recedere vt ampliores cõqreret possessiones. Dicebat aũt id tantillũ qđ habebat nõ posse sufficere: vt quinquaginta militibus stipẽdia donaret. Deinde quasi tristis secessit ad hospitium suũ: ipsos vero in aula potãtes deseruit. Quo viso vltraq̃ credi potest cõtristati sunt Picti arbitrãtes verum esse quod dixerat, murmurantesq̃ adinuicem dicebant, vt quid monachum istum viuere permittimus? vt quid non interficimus eum? vt Vortegirnus regni solio potiatur? Quis enim alius ei in regnum succederet? Dignus nãq̃ est impio & honore dignus & omni dignitate qui nos ditare non cessat. Post haec irrũpẽtes thalamum: impetũ fecerunt in Cõstantem: pereptoq̃ illo caput coram Vortegirno tulerunt. Qđ cũ aspexisset Vortegirnus quasi contristatus in fletum erupit: nec vnq̃ prius maiori fluctuauerat gaudio. Vocatis tamen ciuibus Lõdoniç

Necant Picti regem.

(nā id in ea cōtigerat) iussit cūctos pditores alligari, alligatosq; decollari: quia tātū scelus facere psumpserāt. Fuerunt autem qui existimabāt proditionem illam per Vortegirnū fuisse machinatā: Pictos vero nullatenus nisi assensu illius incoepisse. Fuerūt etiā q nihil hęsitantes ipm a tali crimine purgabāt. Re tādē in dubio relicta nutritores duorū fratrū Aurelii Ambrosii atq; Vtherpendragonis diffugerūt cū eis in minorē Britāniā. Timētes ne a Vortegirno perimerent. Ibidē excepit illos Budecius rex & honore quo decebat educauit. ¶ At Vortegirnus cū neminē sibi cōtrariū neq; parē i regno cōspexisset capiti suo regni diadema apposuit, & cōprincipes suos supgressus est. Proditione tādē diuulgata insurrexerūt in eū cōprouincialiū insularū populi quos Picti in Albaniam cōduxerāt. Indignati nāq; Picti cōmilitones qui pter Constantē interfecti fuerāt in ipm vindicare nitebantur. Anxiebatur igit Vortegirnus quotidie damnūq; sui exercitus in pliādo patiebat. Anxiebatur etiā ex alia pte timore Aurelii Ambrosii, fratrisq; sui Vtherpendragonis: qui vt pdictū est in minorē Britāniā propter ipm diffugerāt. Quotidianus etem rumor aures eius impleuerat ipsos iam adultos esse: maximūq; nauigiū cōstruxisse, atq; reditū suū in debitum regnū velle moliri.

Aureli9 & Vther in minorē Britāniā auehuntur.

¶ Venerūt interim in Britāniā Saxones suspectę religionis viri: sed speciē militiæ prę se ferētes apud regē recipiūtur. Potit per eos rex aduersus hostes victoria: & eos possessionibus ditat. Petit Hengistus eorūdē impator inde fidētior factus aliorū ex Germania inuitādorū libertatē: & sibi mansuro ciuitatē: hoc denegat rex: illud facile cōcedēs. Superueniūt mox ex Germania Pugiles cū Hēgisti filia cui9 amore mācipatus princeps eā ilico duxit vxorē suorū pcerū mali uolētiā cōmeritus, quia Christianus Paganæ misceretur.

Lib. IIII. Cap. I.



Nterea applicuerūt tres celoces q̄s lōgas naues dicim⁹ ī ptes Cāciç armatis milītib⁹ plenę qb⁹ duo frēs Hors⁹ & Hēgist⁹ ducatū pstabāt: fuerat tūc Vortegirn⁹ Dorobernię q̄ nūc cātuaria dr̄: Cōsuetudoq; eū cōduxerat ciuitatē illā sępissime videre. cui cū retulissent nūcii ignotos viros magnæq; staturæ hoīes in magnis nauib⁹ applicuisse: ipsos ad se adduci pcepit. Mox vt adducti fuerūt vertit oclós suos in duos Germanos. Nā ipi p cęteris & nobilitate & decore pemine bāt. Cūq; & cęteros aspectu pagrasset q̄siuit q̄ patria pduxerat illos & q̄ cā eos in regnū suū direxerat. Cui Hēgist⁹ p aliis respōdere īcœpit (nā ipm & maturior ætas & sapientia pponebat) rex cęterorū nobilissime: Saxōica tellus nos edidit vna ex Germanię regionib⁹: causa hæc aduētus nostri est: vt tibi siue alteri pricipi obseqū afferam⁹ nr̄m. Fueram⁹ etem̄ expulsi a patria nostra nec ob aliud nisi quia regni consuetudo expetebat. Cōsuetudo nāq; ī patria nr̄a est vt cū hoīm abūdātia in eadē supuenerit, cōueniāt ex diuersis puīciis pricipes & toti⁹ regni iuuenes corā se venire pcipiūt: deīde sorte piecta potentiores atq; fortiores eligunt: q extera regna petituri: victū sibi pquirant: vt patriā ex q̄ orti sūt a supflua multitudie liberent. Superfluēte igitur ī regno nostro hoīm copia: cōueniūt pricipes: sorteq; piciētes elegerūt iuuentutē scilicet istā quā in tua cernis psentia: prçcipiūtq; vt cōsuetudini ab antiquo statutæ parerēt. Nos quoq; duos Germanos quorum ego Hengistus: iste Horsus nuncupatur: eis duces præfecerunt. Nam ex ducum progenie progeniti fueramus. Obediētes ergo decretis ab æuo sancitis ingressi sumus maria regnūq; tuū duce Mercurio petiuimus. Ad nomen itaq; Mercurii erecto vultu rex ingrit cuiusmodi religionē haberēt: cui Hēgist⁹ deos patrios Saturnū atq; cęteros q mundū gubernāt coli

Aduēt⁹ Saxonū ī britāniā.

mus, maxime aũt Mercuriũ quẽ Wodẽ lingua nr̃a appellamus. Huic veteres nostri dicauerũt quartã septimanę feriã quæ vsq; in hodiernũ diẽ nomẽ Wodensdagh. Wodensdati de noĩe ipsius sortita est. Post illũ colimus deã inter cæteras potẽtissimã noĩe Ferã, cui & dicauerũt sextã feriã quã de noĩe ei⁹ Fridi vocamus. Ad hęc Vortegirnus de credulitate vestra q̃ potius incredulitas dici potest: vehemẽter doleo. De aduẽtu aũt vestro vehemẽter gaudeo: q̃a in cõgruo tp̃e vos necessitati meæ, siue deus, siue alius obtulit. Opprimũt etenĩ me inimici mei vndiq;, et si laborẽ p̃liorũ meorũ mecũ cõmunicaueritis vos retinebo honorifice ĩtra regnũ meũ, & diuersis munerib⁹ & agris ditabo. Paruerũt ilico Barbari & foedere cõfirmato ĩ curia ipsi⁹ remãserũt. Nec mora emergẽtes ex Albania Picti exercitũ valde grãdẽ fecerũt, cœperũtq; Aquilonares p̃tes insulę deuastare. Cũq; id Vortegirno nũciatũ fuisset milites suos collegit: atq; trãs Hũbrũ eis obuiã p̃rexit: deĩde vt cominus cõuenerãt hic & illic ciues & hostes acerrimã cõmiserũt pugnã: nec multũ oportuit ciues pugnare: nã Saxones q̃ aderant ita viriliter p̃liabãt vt hostes q̃ prius vincere solebãt sine mora ĩ fugã p̃pulerint.

Vortegirnus ergo p̃ illos victoria potitus donaria sua eis ampliauit: atq; eis eorũq; duci Hengisto agros dedit plurimos in Londesia regione quib⁹ sese & cõmilitones suos sustẽtaret. Hengistus ergo cũ esset vir doctus atq; astutus cõperta amicitia quã aduersus se rex gerebat eũ hoc sermone adiuit. Domine vndiq; inquietant te inimici tui, & pauci sunt ex ciuibus tuis qui te diligunt: omnes minãtur tibi, dicũtq; se conducturos Aurelíũ Ambrosiũ ex Armorico tractu: vt te deposito ipsum in regem promoueãt: si tibi placet in patriam mittamus nostram: & ex ea milites inuitemus vt numerus noster ad certandũ augeat. Sed vnũ a discretione clemẽtiæ tuæ implorarem nisi repulsam pati timerẽ. Ad hoc Vortegirnus

mitte ergo legatos tuos ad Germaniã & quos volueris inuita: & pete a me qđ desideras & nullã patieris repulsam. Inclinato capite gr̃as egit Hengistus & ait. ditasti me largis mansionibus & agris nec tamen eo honore quo ducem decuerat, cum duces me ꝓgenuerint. Quippe inter cętera dãda esset mihi ciuitas siue oppidũ: vt dignissimus inter proceres tui regni censerer. Dignitas namq; cõsulis siue principis adhibenda esset ex vtroruq; genere edito. Cui Vortegirnus: prohibitus sum huiusmodi donaria vobis largiri quia alienigenę estis & pagani, nec adhuc vestros mores & consuetudines agnosco: vt vos cum ciuibus parificem; nec si vos vt ciues proprios existimassem inciperem donare; qđ proceres regni dissuaderent. Cui Hẽgistus: cõcede inqt mihi seruo tuo quãtum vna corrigia possit ambiri ĩtra terram quam dedisti: vt ibidẽ promontorium ædificem, quo me si opus fuerit recipiam. Fidelis etenim tibi sum: & fui & ero & in fidelitate tua q̃ agere desidero faciã. Motus igit̃ rex ipsius verbis: eiusdem petitioni acquieuit: præcepitq; legatos in Germaniam mittere: vt milites ex ea inuitati festinatũ auxilium darẽt. Nec mora, missa in Germaniã legatione: cepit Hengistus coriũ tauri atq; ipsum in vnã redegit corrigiam. Exinde saxosum locũ quẽ maxĩa cautela elegerat circuiuit corrigia: & intra spatiũ metatum castellũ ædificare cepit. Qđ vt ædificatum fuit traxit nomẽ ex corrigia quia ea fuerat metatum. Dictum namq; fuit postmodum Britãnice Kaercorre. Saxonice vero cancastre. Qđ latino sermone castrum corrigię appellamus. Dolosa Hẽgesti petitio.

¶ Interea reuersi sunt nuncii ex Germania: conduxeruntq; decem & octo naues electis militibus plenas. Conduxerũt & Hengisti filiã nomine Ronixen: cuius pulchritudo nulli secunda videbatur. Postq̃ autẽ venerunt inuitauit Hengistus Vortegirnum regem in domũ suam, vt nouum ædi-

ficiũ & milites nouos qui applicuerãt videret. Venit ilico rex priuatim tãq̃ subitũ laudauit opus: & milites inuitatos retinuit: vt vero regiis epulis refectus fuit: egressa est puella de thalamo aureũ cyphũ vino plenũ ferens: & accedens deinde ꝓpius regi flexis genibus dixit: Lieuer King Wacht heil. At ille puellę visa facie admiratus est tantum eius decorem, & incaluit. Deniq̃ interpretẽ suũ vocauit, & quid puella dixerat interrogauit: & quid ei respondere debeat. Cui interpres: vocauit te dominũ regem, & vocabulo salutationis honorauit. Qđ autẽ respondere debes: est drinc heil. Respondens deinde Vortegirnus: drinc heil iussit puellam potare: cepitq̃ de manu ipsius cyphũ: & eã osculatus est, & potauit: ab illo die vsq̃ in hodiernũ mãsit consuetudo illa in Britãnia ꝙ in cõuiuiis qui potat ad aliũ dicit: Wacht heil: qui vero post ipsum recipit potum respõdet: drinc heil. Vortegirnus autẽ diuerso genere potus inebriatus intrãte Sathana in cor eius puellam amauit, eãq̃ a patre eius postulauit. Intrauit inquam Sathanas in cor eius: quia cum Christianus esset: cum Pagana coire desiderabat. Hengistus ilico vt prudens erat animi regis cõperta leuitate, fratrem suũ Horsum consuluit: cæterosq̃ maiores natu qui secum aderant quid de regis petitione faceret. Sed omnibus consilium visum fuit vt puella regi daretur: & vt pro ea ab illo Canciæ prouinciam peterẽt. nec mora data fuit puella Vortegirno: & prouincia Canciæ Hengisto. Nesciente Gorangano qui in eadem regnabat. Nupsit itaq̃ rex in eadem nocte Paganæ: quæ ei vltra modum placuit. Vnde in inimicitiam procerum & filiorum citissime incidit. generauerat nãq̃ ex pellice tres filios primitus quibus erant nomina Vortunetus Kartigerus & Paschentus.

Idẽ Chare rex obserua salutẽ.

Nephandi regis inflammatio.

.i. bibe salutem.

¶ Renouant diuus Germanus & Lupus episcopi Britonum religionem quæ tum ob Saxonum aduentũ tum ob

pelagianam hęresim labefacta erat. Augmẽtat interea Hẽ
gistus suorũ cõpatriotarũ numerũ Vortegirni regis assen
su. Formidant tandem sibi Britones & Vortunerũ filiũ eri
gentes Saxones exterminare proponunt: quatuorq́ eduxe
runt ꝑlia in quibus semper & triumphãs Vortunerus alie
nigenas discessum obsecrare coercuit. Intoxicatur post a
nouerca Vortunerus: & suos consolatus Pyramidem sibi
mortuo in Saxonum terrorem erigere praecepit.

Caput.II.

IN tempore illo venit Sanctus Germanus Altis
odorensis episcopus & Lupus Trecensis episcop9
vt verbũ dei Britõib9 ꝑdicarent. Corrupta nãq́
fuerat eorum christinitas tum propter Paganos quos rex
in societatem eorum posuit, tum propter pelagianam hae
resim cuius venenum ipsos multis diebus affecerat. Bea
torum igitur virorum praedicatiõe restituta est verę fidei
religio, quia multis miraculis quottidie praeclarebãt: mul
ta per eos miracula ostendebat deus, quae Gildas in tracta
tu suo luculento dictamine exarauit. Data autẽ puella regi
vt praedictum est, dixit Hengistus ad eum. Ego sum pater
tuus & consiliator tibi esse debeo: noli praeterire consilium
meum quia omnes inimicos tuos virtute gentis meae su
perabis. Inuitemus adhuc filium meũ Octam cũ fratruele
suo Ebyssa: Bellatores enim viri sunt: da eis regiones quae
sunt in Aquilonaribus partibus Britãniae: iuxta murum
inter Deiram & Scotiã. Detinebunt namq́ ibidem Barba
rorũ impetũ: ita ꝙ in pace citra Hũbrũ remanebis. Paruit
Vortegirnus ꝑcepitq́ eis inuitare quoscunq́ scirent ĩ au
xilium sibi valere. Missis illico legatis: venerunt Octa &
Ebyssa & Cherdich cũ trecentis nauibus armata manu re
pletis, quos omnes benigne accipit Vortegirnus: maximis
q́ muneribus donauit. Vincebat namq́ inimicos suos per
eos, & in omni praelio victor existebat. Hengistus etiam

Gildas de miraculis diuorum Germani & Lupi.

paulatim naues inuitabat: & quotidie numerū suū augebat qđ cū vidissent Britones eorū ꝑditionē timentes regi dixerūt vt ipsos a finibus regni sui expelleret. Nō eñ debebāt Pagani cū Christianis cōicare: nec intermisceri: quia Christiana lex ꝓhibebat. Insuper tāta aduenerat multitudo: vt ciuibus terrori esset. Iam nesciebatur qs Paganus esset, qs Christianus: quia Pagani filias & eorū consanguineas sibi associauerāt. Talia obiicientes regi dissuadebant illos retinere ne in progenie aliqua ciues supergrederētur. At Vortegirnus diffugiebat cōsilio eorum acquiescere: quia super omnes gentes propter coniugem suā ipsos diligebat. qđ cū vidissent Britones deseruerunt ilico Vortegirnum & vnanimiter Vortunerum filiū eius in regem erexerūt: qui eis acquiescēs incœpit expellere Barbaros: atq; oppugnare: & diris irruptionib⁹ afficere. Quatuor bella gessit cū eis: & in oībus superauit. Primū sup fluuiū Deriment. Secundū sup Vadū Episford: vbi cōuenerūt Horsus & Catigernus alter filius Vortegirni. Congressuq; facto ceciderunt ambo alter alterum letaliter aggressi. Tertium bellum super littus maris: quo naues muliebriter ingressi diffugerunt hostes: & insulam Tanet pro refugio adiuerunt. At Vortunerus illos ibidem obsedit, & nauali prælio quotidie infestauit. Cūq; Britonum impetum diutius tolerare nequirent miserūt Vortegirnū regem qui in omnibus bellis cū ipsis aderat, ad filium suū Vortunerū libertatē abscedēdi petentes: petendiq; Germaniam cū salute: cūq; inde colloquiū haberent, interim ingressi sunt Celoces suas, relictisq; filiis & mulieribus in Germaniā redierūt. Victoria deinde potitus Vortunerus cœpit reddere possessiones ereptas ciuibus, ipsosq; diligere ac honorare, & ecclesias iubente sancto Germano renouare. Sed bonitati eius inuidit ilico diabolus: qui in corde Rowem nouercæ suę ingressus eam incitauit: vt neci ipsius imineret: quæ ascitis vniuersis vene

Vortuner⁹ quatuor gessit bella cōtra Saxones, & victor semper extitit.

Nouerca Vortunerū suis veneficiis interimit.

ficis dedit illi per quendam familiarem suũ venenũ potare quem innumerabilibus donariis corruperat: qđ cum sum psisset inclytus bellator ille subita ĩfirmitate grauatus est: ita vt nullam spem viuẽdi haberet, nec mora, iussit omnes milites venire ad se, & indicata morte quæ superueniebat distribuit eis aurum atq; argentum suũ & quicquid ataui congesserant flentes & eiulantes illos consolabatur docens viam vniuersę carnis esse quam introiturus erat. Audaces autem & bellicosos iuuenes qui ei in debellationibus suis astare solebant: hortabatur vt pro patria pugnantes eam ab hostili irruptione tueri niterentur. Audacia autem maxima docẽte iussit sibi pyramidem fieri æream: locari quoq; in portu quo Saxones applicare solebant. Corpus vero suum postq̃ defunctum foret sepeliri iussit desuper vt viso busto Barbari retortis velis in Germaniam redirent. Dicebat enim neminem illorum propius audere accedere si in ipsius bustum aspicerẽt. O maximã viri audaciam qui eis quibus viuus terrori fuerat post obitũ etiam vt timeretur optabat. Sed illo defuncto aliud egerunt Britones quia in vrbe Ternonantina corpus eius sepelierunt.

Vortuneri magnanimitas.

Vortuner⁹ moritur.

¶ Restitutus Vortegirnus in regem: Hengistum cum cæteris Saxonibus a Vortunero filio suo regno exterminatũ (defuncto Vortunero) iterum ad se vocat: quibus postea inter se dissidentibus sub specie pacis componendæ: Hengistus cũ suis Saxonibus Britones dolo interficit: & Vortegirnum captiuum detinet: nam eum interficere nolebat cum suam filiam licet Paganam duxerit vxorem: quo tandem a captiuitate liberato: magos suos explorat: & ab illis consilium accipit, vt turrim fortem ædificet: qua se tueri queat. Sed cum turris fundamentum stare nequiret Merlinum vaticinatorem quærit qui causam rei disserit.

Cap. IIII.

Post obitum vero filii restitutus est Vortegirnus in regnum q precibus coniugis suę commot⁹ misit nūcios suos ad Hengistū i Germaniā, mādauit ꝗ ipsi vt iterū in Britāniā rediret: attamē priuatum & cū paucis: quia timebat ne si aliter superuenisset discordia inter Barbaros & ciues oriretur. Hēgistus ergo obitu Vortuneri audita trecenta milia armatorum sibi associauit: paratoq; nauigio in Britāniā reuersus est: sed cum tantę multitudinis aduētus Vortegirno & regni principibus nunciatus esset, valde indignati sunt: initoq; consilio cogitauerūt cum eis pliari, atq; ipsos ex littoribus expellere: qd cū filia sua Hengisto per nuncios indicasset cogitauit confesti quid potius contra id agendum esset. Diuersis igitur machinationibus peractis vnum ex omnibus elegit: vt videlicet gentem regni sub specie pacis adoriretur prodere. Misit itaq; legatos suos ad regem: iussitq; nunciare ꝙ non conduxerat tantam multitudinem virorum vt vel secum in regnum remanerent vel violentiam aliquam per eos patriæ ingererent. Erat namq; causa cur eam conduxisset: qa existimabat Vortunerum adhuc viuere: cui per eos affectabat resistere si illū expugnare incœpisset. Quoniam autem non hæsitabat ipsum defunctum esse committebat sese & populum suum dispositioni Vortegirni: vt quot optaret ex tanto numero in regno suo retinuisset: et quos refutandos censeret concedat vt in Germaniam sine dilatione redirent: & si id Vortegirno placeret: tunc petebat ipse vt diem & locū nominaret Vortegirnus: quo pariter conuenirent: & omnia ex voluntate sua disponerent. Talia vt regi nunciata fuerūt: ei vehementer placuerunt: quia inuitus fineret Hēgistū abire. Postremo iussit & ciues & saxones Maiis Kalēdis q̄ iam instare incipiebant iuxta Ambrii cœnobium conuenire vt ibidem prædicta statuerent. Quod cum in vtraq; parte statutum esset: Hengist⁹ noua

Exercit⁹ Hēgisti trecētis milib⁹ armatorū cōstans.

proditione vsus commilitonibus suis praecepit vt vnusquisque longum cultrum intra caligas absconderet:& cum collo quium securius tractare[nt] Britones: ipse eis hoc daret signum nimet oure saxas: vnde quisque paratus astantem Britonem audacter occuparet, atque abstractis cultris ocyus ipsum iugularet. Nec mora statuta die instante co[n]uenerunt omnes intra nominatam vrbem & de pace habenda colloquium inceperunt. Vt igitur horam proditionis suae idoneam inspexisset Hengistus vociferatus est nimet oure saxas, & ilico Vortegirnum accepit, & per pallium detinuit, audito ocyus signo abstraxerunt Saxones cultros suos, & astantes principes inuaserunt, ipsosque nihil tale praemeditatos iugulauerunt circiter quadringentos sexaginta barones & consules, quorum corpora beatus Eldadus post modu[m] sepeliuit, atque Christiano more humanauit haud longe a Kaercaradane, quae nunc Salesbria dicitur in cimiterio q[uo]d est iuxta coenobiu[m] Ambrii abbatis qui olim fundator ipsius extiterat. Omnes enim sine armis aduenera[n]t, nec aliud nisi de pace tractanda existimabant. vnde caeteri qui propter proditionem accessera[n]t leuius ipsos inermes interficere potueru[n]t. Non impune tame[n] haec egerunt Pagani: quia eorum multi perempti fuerunt: dum caeterorum neci imminerent. Excipiebant enim Britones ex tellure lapides & fustes atque sese defendere volentes proditores illidebant. Aderat ibi Claudiocestriae co[n]sul nomine Eldol, qui proditione visa palum sustulit quem forte inuenerat & defensioni vacauit: quecu[n]que contingebat confringens membrum quod percutiebat dirigebat confestim ad tartara: alii caput: alii brachia: alii scapulas: compluribus etiam crura elidens: terrorem non minimu[m] inferebat: nec prius ex loco illo abscessit q[uam] septuaginta viros assumpto palo interfecisset. Sed tantae multitudini cu[m] resistere nequiret sese diuertit ab illis: atque suam ciuitatem petiit. Multi

Hegisti i[n] Britones abhorre[n]du[m] p[ro]positu[m].

Hegisti sub specie pacis co[m]ponende fraus.

Eldolis virtus.

Tpe pacis inermes incedũt Britones.

hinc & inde ceciderunt: sed victoriã habuerũt Saxões: Britones namq nihil tale p̃meditati inermes & sine ensib⁹ aduenerũt: vnde minus resistere potuerũt. Vt ergo nephãdũ incœptũ pegerũt Saxones Vortegirnũ ĩterficere noluerũt sed mortẽ cõminãtes eũ ligauerũt: ciuitatesq ei⁹ petierũt: atq munitiones pro vita. Quibus illico quicquid affectauerãt cõcessit vt viuus abscedere sineret. Cũq id iureiurãdo confirmatũ fuisset eũ vinculis soluerũt atq vrbẽ Lõdonias primitus adeuntes ceperunt. Ceperũt deinde Eboracũ & Lindocolinũ necnõ & Guyntoniam quascũq p̃uĩcias

Calamitas britonũ p vortegirnũ.

deuastãtes inuadebãt ciues: quemadmodũ lupi oues quas pastores deseruerũt. Cum ergo tantam cladem inspexisset Vortegirnus secessit in partes Cambriæ: inscius quid contra nephandam gentem ageret.

¶ Vocatis deniq Magis illos cõsuluit iussitq dicere quid faceret. qui dixerunt vt sibi fortissimam ædificaret turrim q̃ sibi tutamẽ foret: cũ cæteras amisisset munitiones. Peragratis ergo q̃buscũq locis vt eam in cõgruo statueret loco venit tandẽ ad Erir mõtẽ: vbi coadunatis ex diuersis patriis cęmẽtariis turrim iussit construere. Cõueniẽtes itaq lapidarii eã fundare cœperũt, sed quicq̃d vna die op̃abant̃ absorbebat tellus in altera: ita vt nescirent quorsũ op⁹ suũ euanesceret. Cũq id Vortegirno nũciatũ fuisset iterũ magos suos cõsuluit: vt rei causam indicarẽt. Qui dixerũt vt iuuenẽ q̃reret sine patre: quæsitũq interficeret: vt sanguine ipsius cęmentũ & lapides aspergerent̃. Id eñ p̃desse asserebant vt turris fundamẽtũ cõstaret. Nec mora, mittunt̃ legati ad diuersas p̃uincias vt talẽ inuenirẽt hoĩem. At cũ in vrbem q̃ postea Kaermelin vocata fuit: venissent: iuuenes ante portam ludentes aspexerũt: & ad ludũ accesserũt Itinere autẽ fatigati sederũt in circo exploraturi q̃d q̃rebãt Deniq cũ multũ diei p̃terisset subita lis orta est inter duos iuuenes quorũ Merlinus atq Dirabutius nomina erãt.

certantibus ergo ipsis dixit Dirabutius ad Merlinũ: quid mecum contendis fatue? nũꝙ nobis eadem erit nobilitas. ego eñ ex regũ origine editus sum: ex vtraq; parte meę generationis: de te aũt nescitur quis sis cũ patrẽ non habeas. ad verbum istud vultus suos erexerunt legati atq; intuentes in Merlinũ interrogauerunt circũstantes quis esset? quibus illi dixerunt: ꝙ nesciebatur quis pater eũ progenuerat mater vero filia regis Demetiæ: quę in ecclesia sancti Petri in eadem vrbe inter monachas degebat.

FEstinantes itaq; nũcii ad ꝓfectũ vrbis venerunt: pręceperũtq; ei ex pte regis vt Merlinus cũ matre sua ad regem mitteretur. Præfectus ilico cũ legationis causam eorũ cognouisset: Merlinũ & matrẽ eius ad Vortegirnũ misit. vt de eis libitũ suũ pficeret: & cũ in ipsi9 pręsentiã adducti fuissent: excepit rex diligenter matrẽ: qa eã nobilibus sciebat natalib9 ortã: deinde ingrere cœpit ab illa ex quo viro cõceperat: cui illa dixit: viuit aĩa mea & aĩa tua dñe mi rex: quia neminẽ agnoui qui illũ in me generauerit: vnũ aũt scio ꝙ cũ essem inter cõsocias meas in thalamis nostris apparebat quidã mihi in specie pulcherrimi iuuenis. & strictissime amplectẽs me strictis brachiis deosculabatur: & cũ aliquãtulũ moræ fecisset subito euanescebat ita vt nihil ex eo viderem: multotiẽs quoq; me alloquebat dum secreto sederem: nec vsꝙ comparebat: cum me diu in hũc modũ frequẽtasset cõcubuit mecũ in specie hominis sæpius: atq; grauidã deseruit, sciat prudentia tua dñe mi: ꝙ aliter virũ nõ cognoui q iuuenẽ istũ genuerit. Admirãs itaq; rex iussit Mãgantiũ ad se vocari: vt sibi manifestaret si id qđ mulier dixerat fieri potuisset: adductus autẽ Mangantius omnibus ex ordine auditis: dixit ad Vortegirnũ In libris philosophorum nostrorũ, & in plurimis repperi historiis multos homines hmõi procreationẽ habuisse: nã vt Apuleius de deo Socratis perhibet: inter lunã & terram

Qualiter Merlinus cõceptus fuit.

Phorum sentẽtia.

De deo Socratis.

habitant spiritus: quos incubos appellamus dæmones: hi partim hoim partimq angelorum naturã habẽt: & cũ volunt sibi humanas assumunt figuras: & cũ mulieribus coẽunt. Forsitan vnus ex eis huic apparuit mulieri & iuuenẽ istum in ipsa generauit. cũq oia auscultasset Merlinus accessit ad regẽ & ait ad qd ego: & mater mea in psentiã tuã adducti sumus: cui Vortegirnus magi mei mihi cõsiliũ dederunt vt hoiem sine patre perquirã: vt opus meũ ipsius sanguine irrigatũ staret. tunc ait Merlinus iube tuos magos coram me venire & cõuincam illos mendaciũ adinuenisse. Admirans autem rex super verbis illius cõtinuo iussit magos venire & coram Merlino sedere: quibus ait Merlinus: nescientes quid fundamentũ inceptæ turris ipediat laudastis vt sanguis meus diffunderetur in cœmentũ quasi illico opus cõstaret: sed dicite mihi qd sub fundamẽto latet. Nã aliquid sub ipso est quod ipm stare non permittit. Expauescentes aũt magi cõticuerũt: tũc ait Merlinus qui & Ambrosius dicebatur. Dñe mi rex voca operarios tuos & iube fodere terrã & stagnũ sub ea iuenies qd turrĩ starẽ nõ pmittit: qd cum factũ fuisset, repertũ est ilico stagnum sub ea terra quod eam instabilẽ fecerat. accessitq iterũ Ambrosius Merlinus ad magos & ait: dicite mihi mendaces adulatores qd sub stagno est: nec vnum verbum respondẽtes obmutuerunt: & iterum dixit regi. Præcipe rex hauriri stagnũ & p riuulos emittere & in fundo duos cõcauos videbis lapides: & in illis duos dracones dormiẽtes. Credidit rex verbis eius: quia verum de stagno dixerat & illud hauriri iussit & cũ ita inuenisset Merlinũ sup oia admirabat. Admirabantetiã cuncti qui astabant tantã in eo sapiẽtiã existimantes numen esse in illo.

Cõuicit Merlin⁹ magos.

Quid turrĩ stare impediebat

Sequitur
De prophetiis Merlini.
Lib. IIII. & primo plogus.


Ondum autem ad hunc locum historie peruenerã cũ de Merlino diuulgato rumore cõpellebãt me vndiq; cõtẽporanei mei ipsius ꝑphetias edere: maxime autẽ Alexãder Linconiẽsis eps vir summe religionis & prudẽtie: nõ erat alter in clero siue in populo cui tot famularẽtur nobiles: quos ipsius mãsueta pietas & benigna largitas in obsequiũ eius alliciebat. cui cũ satisfacere preelegissem prophetias transtuli & eidẽ cum huiusmodi literis direxi.


Oegit me Alexander Linconiẽsis presul nobilitatis tue dilectio Prophetias Merlini de Britãnico in latinũ transferre: anteq̃ historiã parassem: quã de gestis regũ Britãnoꝝ incoeperã: ꝑposuerã em̃ illã prius perficere & istud opus subsequenter explicare: ne dũ vterq; labor ingrueret: sensus meus ad singula minus sufficeret. Attamẽ quia securus erã venie quã discretio subtilis ingenii tui donaret: agrestẽ calamũ meũ libellis apposui: & plebei modulaminis ignotũ tibi interpretatus sum sermonẽ. Admodũ aũt admiror: ꝙ id paupi stylo dignat⁹ es cõmittere cũ tot doctiores & tot ditiores virga ꝑtãtis tue coerceat: q sublimioris carminis delectamento aures claritatis tue mulcerẽt: vt & oẽs pplos toti⁹ Britãnie isule. Preterea tu solus es qđ nõ erubesco fateri q ꝑ ceteris audaci lyra caneres: nisi te culmẽ honoris ad cetera negocia vocaret. Quĩ ergo placuit vt Galfridus Monemutensis fistulam suã in hoc vaticinio inflaret modulationib⁹ eius fauere nõ diffugias: & si quid inordinate siue viciose protulerit: ferula camoenarum tuarũ in rectũ cõuertas concentum.

Epl'a authoris.

Nomen auctoris.

¶Incipit Prophetia.


Edente itaq; Vortegirno Britonũ rege sup ripã exhausti stagni egressi sunt duo dracones quorũ vnus albus, alter erat rubeus: cum alter alteri

appropinquassent dirã cõmiserũt pugnã & ignẽ anhelitu suo ꝓiiciebãt: ꝑualuit aũt alb⁹ draco rubrũq; vsq; ad lacus extremitatẽ fugabat. At cũ se expulsũ doluisset: ĩpetũ fecit in albũ ipmq; retro ire coegit. Ipsis ergo ĩ hũc modũ pugnã tib⁹ ꝑcepit rex Ambrosio Merlino dicere qd draconũ ꝑliũ ꝑtendebat. Mox ille in fletum erũpẽs spũm hausit ꝓphetiæ & ait: ve rubro draconi nã ei⁹ exterminatio festinat: cauernas eius occupabit albus draco: qui Saxones quos iuitasti significat. Ruber vero gẽtẽ significat Britãnię q̃ ab albo opprimet. Mõtes itaq; ei⁹ vt valles æquabunt & flumina valliũ sanguine manabũt. Cultus religiõis delebit & ecclesiarũ ruina patebit. Pręualebit tãdẽ oppꝰssa & exteroꝝ sęuitię resistet. Aper etenim Cornubię succursum ꝑstabit & eorũ colla sub pedib⁹ suis cõculcabit. Insulę oceani ipi⁹ ꝑtãti subdent & gallicanos possidebit salt⁹: timebit Romulea dom⁹ ipsius sæuitiam: & exitus eius dubius erit: in ore populorum celebrabitur: & actus eius cibus erit narrantibus. Sex posteri eius sequentur sceptrũ: sed post ipsos exurget Germanic⁹ vermis. Sublimauit illũ ęquoreus lupus: quẽ Africana nemora comitabuntur. Delebitur iterum religio & transmutatio primarum sedium erit. Dignitas Londonię adornabit Doroberniam: & pastor Eboracensis septimus in Armorico regno frequentabitur. Mœnia pallio vrbis legionum induẽtur: & prędicator Hyberniæ propter infantem in vtero crescentem mutescet. Pluet sanguineus hymber: & dira fames mortales afficiet. His superuenientibus dolebit ruber: sed emenso labore pigebit. Tunc infortunium alibi festinabit & ædificia ortorum eius diruentur. Septem secptrigeri perimentur: & eorum vnus sanctificabitur. Ventres matrum truncabuntur & infantes abortiui erunt. Erit ingens supplicium hominum: vt indigenæ restituantur. Qui faciet hæc æneum virum induet & per multa tempora super æneum equum Londoniæ por-

Hæc de Arthuro intelligi possunt.

tas seruabit. Exinde in proprios mores reuertetur rubens Draco: & in se ipsum venire laborabit. Superueniet itaq; vltio tonantis: quia omnis ager colonos decipiet, Arripiet mortalitas populum: cunctasq; nationes euacuabit. Residui natale solum deserent & exteras culturas seminabũt. Rex benedictus parabit nauigiũ & ĩ aulã ĩter btõs duodecimus annumerabit. Erit miserãda regni desolatio & areę messium in fructuosos saltus redibunt. Exurget iterũ alb⁹ draco & filiam Germanię inuitabit. Replebũtur iterũ hortuli nostri alieno semine & in extremitate stagni lãguebit rubicũdus. Exĩde coronabitur Germanicus vermis & ęneus princeps iustitiæ humabitur. Terminus illi positus est quem transuolare nequibit. Centum namq; quinquaginta annis in inquietudine & subiectione manebit: trecentis vero insidebit. Tunc exurget in illũ aquilo: & flores quos zephyrus procreauit eripiet. Erit deauratio in tẽplis nec acumen gladiorum cessabit. Vix obtinebit cauernas suas Germanicus Draco: quia vltio proditionis eius superueniet. Vigebit tandem paulisper: sed decimatio neustriæ nocebit. Populus namq; in ligno & ferreis tunicis superueniet qui vindictam de nequitia ipsius sumet. Restaurabit pristinis incolis mansiones: & ruina alienigenarum patebit: Germen albi draconis ex hortulis nostris abradetur & reliquiæ generationis eius decimabuntur. Iugum perpetuæ seruitutis ferent: matremq; suam ligonibus & aratris vulnerabunt. Succedent duo dracones quorum alter inuidiæ spiculo suffocabitur: alter vero sub vmbra nominis redibit. Succedet leo iustitiæ ad cuius rugitum Gallicanæ turres & insulani dracones tremẽt. In diebus illis aurum de lilio & vrtica extorquebitur & argentum ex vngulis mugientium manabit. Calamistrati varia vellera vestient & exterior habitus interiora signabit. Pedes latrantium truncabuntur. Pacem habebunt feræ: humanitas

De caducalladro itelligi possunt.

supplicium dolebit: findetur forma cõmercii: dimidiũ rotũdũ erit. Peribit miluorum rapacitas & luporum dentes hebetabuntur. Catuli leonis in æquoreos pisces transformabuntur: & aquila eius super mõtẽ Aramũ nidificabit. Venedocia rubebit materno sanguine, & domus Corinei sex fratres interficiet: nocturnis lachrymis madebit insula. Vnde omnes ad omnia prouocabũtur. Veh tibi Neustria quia cerebrum leonis in te effundetur: dilaceratisq; membris a patrio solo eliminabitur. Nitentur posteri transuolare superna: sed fauor nouorũ sublimabitur, nocebit possidenti ex impiis pietas donec sese genitore induerit. Apri igitur dentibus accinctus cacumina montiũ & vmbram galeati transcendet: indignabitur Albania, & conuocatis collateralibus sanguinem effundere vacabit.

¶Dabitur maxillis eius frenum quod in Armorico sinu fabricabitur. deaurabit illud aquila rupti fœderis & tertia nidificatione gaudebit. Euigilabũt rugientes catuli & postpositis nemoribus intra mœnia ciuitatum venabuntur: stragem non minimam ex obstantibus facient & linguas taurorum abscindent. colla rugientium onerabunt catenis & auita tempora renouabunt. Exinde de primo in quartum: de quarto in tertium: de tertio in secundum: rotabitur pollex in oleo. Sextus hyberniæ mœnia subuertet, & nemora in planitiẽ mutabit: diuersas portiones in vnũ reducet & capite leonis coronabitur. Principium ipsius vago affectui subiacebit: sed finis ipsius ad supernos conuolabit. Renouabit namq; beatorum sedes per patrias & pastores in congruis locis locabit. duas vrbes duobus palliis induet: & virginea munera virginibus donabit. Premerebitur inde fauorem tonantis & inter beatos collocabitur. Egredietur ex eo linx penetrans omnia qui ruinæ propriæ gentis imminebit: per illum enim vtramq; insulam amittet Neustria: & pristina dignitate spoliabitur. Deinde re-

uertetur ciues in insulam. Nam dissidium alienigenarum oritur: Niueus quoque senex in niueo sedens equo fluuium perinoris diuertet & in candida virga molendinum super ipsum metabitur. Caduualladrus vocabit Conanum, & Albaniam in societatem accipiet. Tunc erit strages alienigenarum: tunc flumina sanguine manabunt: tunc erumpent armorici fontes & Bruti diademate coronabũtur. Replebitur Cambria lætitia: & robora Cornubiæ virescent. Nomine Bruti vocabitur insula: nuncupatio extraneorũ peribit. Ex Conano procedet aper bellicosus: qui ĩtra gallicana nemora acumen dentium suorũ exercebit: truncabit namque quæuis maiora robora & minoribus tutelam præstabit. Timebũt illũ Arabes & Africani: nã impetũ cursus sui in vlteriorẽ Hispaniã ꝑtendet. Succedet hircus venerei castri aurea habens cornua & argenteam barbam: qui ex naribus suis tantam efflabit nebulam quãta tota superficies insulæ obumbrabit. Pax erit in tempore illi⁹: & vbertate glebæ multiplicabuntur segetes: mulieres incessu serpentes fient & oẽs earũ gressus sũpbia replebuntur. Renouabunt castra Veneris: nec cessabũt sagittæ cupidinis vulnerare. Fons amnis vertetur in sanguinem: & duo reges duellum propter leęnam de vado baculi cõmittent. Omnis humus luxuriabit: & humanitas fornicari nõ desinet. Oĩa hęc tria secula videbunt: donec sepulti reges in vrbe Lõdoniarũ ꝑpalabũtur. Redibit iterum fames: redibit mortalitas & desolationem vrbium dolebũt ciues. Superueniet aper commercii q dispersos greges ad amissa pascua reuocabit. Pectus eius cibus erit egentibus & lingua eius sedabit sitientes. Ex ore ipsius procedent flumina quæ arentes hominũ fauces rigabunt. Exinde super turrim Londoniarum procreabitur arbor quæ tribus solummodo ramis contenta: superficiem totius insulæ latitudine foliorum obumbrabit. Huic aduersarius Boreas superueniet atque iniquo

flatu suo tertium ille ramũ eripiet: duo vero residui locum extirpati occupabunt: donec alter alterum foliorum multitudine annihilabit: deinde vero locum duorum obtinebit ipse: & volucres exterarum regionum sustentabit: patriis volatilibus nociuus habebitur, nã timore vmbrę eius liberos volatus amittent. succedet asinus nequitiæ in fabricatores auri velox: sed in luporum rapacitatem piger. In diebus illis ardebunt quercus per nemora & in ramis tiliarum nascentur glandes. Sabrinũ mare per septem ostia discurret, & fluuius Oseæ per septẽ menses feruebit. Pisces illius calore morientur: ex eis procreabũtur serpentes: frigebunt Badonis balnea: & salubres aquæ eorum mortem generabunt. Londonia necem viginti milium lugebit: & Tamensis fluuius in sanguinem mutabitur: cucullati ad nuptias prouocabuntur, & eorum clamor in mõtibus Alpiũ audietur.

De guyntonia vaticiniũ.

TRes fontes in vrbe Guyntonia erumpent, quorũ riuuli insulã in tres portiones secabunt: qui biberit de vno diuturniori vita fruetur: nec superuenienti lãguore grauabitur. Qui bibet de secũdo indeficiẽti famẽ peribit: & in facie ipsius pallor & horror sedebit. Qui bibet de tertio subita morte periclitabit, nec corpus ipsius subire poterit sepulcrũ. Tãtam ingluuiẽ vitare volentes diuersis tegumẽtis eã occultare nitẽtur. quęcũq; autẽ moles superposita fuerit formã alterius corporis recipiet: terra nãq; in lapides: lapides in limphã: lignũ in cineres: cinis in aquã si supiecta fuerit vertẽtur. Ad hęc ex vrbe Canuti nemoris eliminabitur puella vt medelæ curam adhibeat: quæ vt omnes artes inierit solo anhelitu suo fontes nociuos siccabit: & ex inde vt se salubri liquore reficiet gestabit in dextera sua nemus Calcdonis: in sinistra vero murorũ Londoniæ propugnacula: quacunq; incedet passus sulphureos faciet: qui duplici flamma fumigabunt: fumus

ille excitabit rutenos & cibũ sub marinis conficiet. Lachrymis miserandis manabit ipa: & clamore horrido replebit insulam: interficiet eam ceruus decem ramorũ quorũ quatuor aurea diademata gestabunt: sex vero residui in cornua bubalorũ vertent̃ qui nephando sonitu tres insulas Britãniæ commouebunt. Excitabitur Daneium nemus & in humanam vocem erũpens clamabit. Accede Cambria & iunge lateri tuo Cornubiã & dic Guyntoniæ absorbebit te tellus: transfer sedem pastoris quo naues applicant̃, & cætera membra caput sequentur. Festinat namq; dies qua ciues ob scelera periurii peribunt. Candor lanarum nocuit atq; tincturæ ipsarũ diuersitas. Væh periuræ genti, qa vrbs inclyta ꝓpter eam ruet. Gaudebũt naues augmẽtatione tanta & vnum ex duobus fiet. Reædificabit eam Ericius oneratus pomis: ad quorum odorem diuersorum nemorum cõuolabũt volucres. Adiiciet palatiũ ingens & sexcentis turribus vallabit illud. Inuidebit ergo Londonia & muros suos tripliciter augebit: circuibit eam vndiq; Tamẽsis fluuius & rumor operis transcendet alpes. Occultabit intra illã Ericius poma sua & subterraneas vias machinabit̃. In tempore illo loquentur lapides, & mare quo ad Galliam nauigatur intra breue spatium contrahetur. In vtraq; ripa audietur homo ab homine: & solum insulæ dilatabitur. Reuelabuntur occulta submarinorum & Gallia præ timore tremet. Post hæc ex Calaphio nemore procedet ardea quæ insulam per biennium circumuolabit nocturno clamore conuocabit volatilia & omne genus volucrum associabit sibi. in culturas mortalium irruent: & omnia grana messium deuorabunt. Sequetur fames populum atq; dira mortalitas famem. At cum calamitas tanta cessauerit: adibit detestabilis ales vallem Galalias atq; ipsam in excelsum montem leuabit. In cacumine quoq; ipsius plantabit quercum atq; intra ramos nidificabit. Tria oua procreabũ

De Londonia.

tur in nido, ex quibus vulpes, lupus, & vrsus egredientur. Deuorabit vulpes matrē: & asininū caput gestabit. Monstro igitur assumpto, terrebit fratres suos, ipsosq; in Neustriam fugabit. At ipsi excitabūt aprum dentosum in illa & nauigio reuecti cū vulpe congredientur: quæ cū certamen inierit finget se defunctam & aprum in pietatem mouebit. Mox ipse adibit cadauer, & dum superstabit anhelabit in oculos eius & faciem. At ipsa nō oblita pręteriti doli mordebit sinistrum pedem ipsius, totūq; ex corpore euellet. Saltu quoq; facto eripiet ei dextram aurem & caudam & intra cauernas montium delitebit. Aper ergo illusus requiret lupū & vrsum vt ei cōmissa membra restituāt: qui vt casum nouerint promittent ei duos pedes vulpis, aurem & caudam: & ex ipsis porcina membra component: acquiescet ipse, promissamq; restaurationem expectabit. Iterum descendet vulpes de montibus, & sese in lupum mutabit: & quasi colloquiū habitura cū apro adibit illū & callide ipsum totum deuorabit. Transuertet exinde sese in aprum, & quasi sine membris expectabit Germanos: sed & ipsos postq̄ aduenerint subito dente interficiet: atq; capite leonis coronabitur. In diebus eius nascetur serpens qui neci mortalium imminebit. longitudine sua circuibit Londoniam, & quosq; prætereūtes deuorabit. Bos montanus caput lupi assumet: dentesq; suos in Fabrica Sabrinæ dealbabit: associabit sibi greges Albanorum & Cambriæ qui Tamensem fluuiū potando siccabit. Vocabit asinus hircū prolixæ barbę & formā ipsius mutabit. Indignabitur igitur montanus, locatoq; lupo cornutus taurus ipsos feriet. Vt autē sæuitiæ indulserit: deuorabit carnes eorum & ossa: sed in cacumine Vriani cremabitur: fauillæ rogi mutabuntur in cygnos qui in sicco quasi in flumine natabunt. deuorabūt pisces in piscibus: & homines in hominibus deglutient. Superueniente vero senectute efficiētur subma-

rini lupi atq; submarinas insidias machinabunt. Submergent naualia & argentum non minimum congregabunt. fluctuabit iterũ Tamensis: conuocatisq; fluminibus vltra metas aluei procedet: vrbes vicinas occultabit: oppositosq; montes subuertet. Adhibebit sibi fontẽ Galaes dolo & nequitia repletus. Orientur ex eo seditiones prouocantes venedotos ad prælia: conuenient nemorum robora & cum saxis GeWisserorum congredientur. Aderit coruus cũ miluis & corpora peremptorum deuorabit. Super muros claudiocestrię nidificabit bubo, & in nido ei9 procreabitur asinus, educabit illum serpens Maluernię & in plures dolos commouebit. Sumpto diademate transcendet excelsa & horrido racanatu populum patriæ terrebit. In diebus ei9 nutabunt montes Panchaii & prouinciæ nemoribus suis spoliabuntur. Superueniet namq; vermis igneis anhelitibus qui emisso vapore comburet arbores. Egredientur ex eo septem leões capitib9 hircorũ turpati: fœtore narium mulieres corrũpent: & proprias cõmunes faciẽt. nesciet pater proprium filium: quia more pecudum lasciuient. Superueniet vero gigas nequitiæ qui oculorũ acumine terrebit vniuersos. Exurget in eum draco wigorniæ & eum exterminare conabitur. Facto autem congressu superabitur draco & nequitia victoris opprimetur. Ascendet nãq; draconem & exuta veste insidebit nudus: feret illũ ad sublimia Draco: erectaq; cauda verberabit nudatum. Resumpto iterum vigore gigas fauces illius gladio confringet: implicabiturq; tandẽ sub cauda ei9 Draco & venenatus interibit: succedet post illũ Totonesius aper & dira Tyrannide opprimet populum: eliminabit Claudiocestria leonem qui diuersis pliis ingetabit sæuientem. Cõculcabit eũ sub pedibus suis apertisq; faucibus terrebit. Cũ regno tandem litigabit leo & terga nobiliũ transcẽdet. Superueniet taurus litigio & leonem dextro pede pcutiet. Expellet eũ

per regni diuersoria: sed cornua sua in muros Oxoniæ confringet: vindicabit leonem vulpes Kaerdubali, & totā suis dentibus consumet: circūcinget illam Lindocolinus coluber, præsentiamq; suam draconibus multis horribili sibilo testabitur. cōgredientur deinde dracones & alter alterum dilaniabit: opprimet alatus carētē alis & vngues in genas venenatas configet: ad certamen conuenient alii: & alius alium interficiet. succedet quintus residuis interfectis diuersis machinationibus cōfringet: trāscēdet dorsum vnius gladio, & caput a corpore separabit. Exuta veste ascendet alium, & dexteram caudæ læuamq; iniiciet. superabit eum nudus cū nihil indutus proficeret: cæteros tormentabit a dorso, & in rotūditate regni compellet. superueniet leo rugiēs immani feritate timēdus: ter quinq; portiones in vnū reducet: & solus possidebit populum. splendebit gigas colore niueo, & ad candidū populū germinabit. deliciæ principes eneruabunt: & subiti in beluas mutabuntur: orietur in illis leo humano cruore turgidus: supponetur ei in segetem falcifer: qui dum laborabit metere opprimetur ab illo. Sedabit illos Eboracensis auriga: expulsoq; dño in currum quem ducet ascendet: abstracto gladio minabitur orienti: & rotarū suarū vestigia replebit sanguine. Fiet deinde piscis in æquore qui sibilo serpentis reuocatus coibit cū illo. Nascentur inde tres tauri fulgurantes qui consumptis pascuis cōuertētur in arbores: gestabit primus flagellum vipereum & a post genito dorsum suū diuertet. Nitetur eū ipse flagellum eripere: sed ab vltimo corripietur. Auertēt mutuo a sese facies donec venenatū cyphū ꝑiecerint: succedet ei Colonus Albaniæ cui a dorso īminebit serpens: vacabitq; ipse tellurē subuertere vt patriæ segetibus cādeāt. laborabit serpens venenum diffundere: ne herbæ in messes proueniāt: letali clade deficiet populus: & mœnia vrbium desolabuntur. Dabitur in remediū vrbs Claudii q̄ alumnā

flagellantis interponet staterā nāq; medicinæ gestabit: & in breui renouabitur insula. Deinde duo insulæ subsequētur sceptrū quibus cornutus draco ministrabit: adueniet alter in ferro: volantē equitabit serpentem nudato corpore insidebit dorso: & dexteram caudæ iniiciet: clamore ipsius excitabuntur maria: & timorem secūdo iniiciet. Secundus itaq; sociabitur leoni. Sed exorta lite cōgressum faciēt mutuis cladibus succūbent mutuo: sed feritas beluę ꝑualebit. superueniet quidā in tympano & cythara, & demulcebit leonis sæuitiā. pacificabūtur ergo nationes regni & leonē ad staterā prouocabūt locata sede ad pensas studebit: sed palmas in Albaniā extēdet. Tristabuntur ergo Aquilonares prouinciæ & ostia templorū reserabunt. Signifer lupus cōducet turmas & Cornubiā cauda sua circūcinget: resistet ei miles in curru qui populū illū in aprū mutabit: vastabit ergo aper ꝓuincias: sed in ꝓfundo Sabrinæ occultabit caput. Amplexabit homo leonē in auro: & fulgor auri oculos intuētiū excęcabit: candebit argentū in circuitu: & diuersa torcularia vexabit. imposito vino inebriabuntur mortales: & postposito coelo in terrā respiciēt. Ab eis vultus auertēt sydera & solitū cursum cōfundent. arebunt segetes his indignantibus & humor cōuexi negabitur. radices & rami vices negabunt: nouitasq; rei erit in miraculū Splendor solis electro mercurii languebit: & erit horror inspiciētibus. Mutabit clypeū Stilbon Arcadię: vocabit Venerē galea Martis. Galea martis vmbrā cōficiet: & trāsibit terminos furor Mercurii. nudabit ensem Orion ferreus: vexabit nubes Phoebus æquoreus: exibit Iupiter licitas semitas: & Venus deseret statutas lineas: Saturni syderis liuor pluēdo corruet & falce recurua mortales perimet: bissenus numerus domorū syderum deflebit hospites ita transcurrere omittent gemini: complexus solitos & vrnam in fontes prouocabūt. Pensa libræ oblique pendebūt donec aries

Dirę cōstellationes.

recurua sua cornua supponat. Cauda Scorpii procreabit fulgura & Cancer cum sole litigabit. Ascendet virgo dorsū sagittarii & flores virgineos offuscabit: currus lunę turbabit Zodiacū: & in fletum prumpēt Pleiades: officio iam nulla redibūt: sed clausa ianua in crepidinibus Ariadne delitebit: in ictu radii exurgent æquora: & puluis veterū renouabitur. Confligent venti diro sufflamine & sonitum inter sidera conficient.



Vm igitur hæc & alia multa prophetasset Merlinus ambiguitate verborū suorꝫ astātes ī admirationē cōmouit. Vortegirnus vero p̄ cæteris admirans & sensum iuuenis & vaticiania collaudabat: neminē eñ presens ætas pduxerat q ora sua in hunc modū corā ipso soluisset. Scire igit̄ volens exitum vitæ suę rogauit iuuenē sibi īdicare qd̄ scierat. Cui Merlin⁹ dixit. Ignē filiorū Cōstātini diffuge: si diffugere valueris: iā naues parant: iā armonicanū littus deserunt: iam vela per æquora pandūt: petēt Britāniā: īsulā īuadēt: Saxonicā gētē subiugabūt, populū nefandū, sed pri⁹ te intra turrim inclusum cōburent. Malo tuo patrē eorū pdidisti: & Saxones ī insulā inuitasti inuitasti eos tibi in p̄sidiū: & supuenerunt in tuū supplicium. Imminent tibi duo funera: nec est prōptū vtrū prius vitare possis: hinc eñ regnū tuū deuastabūt Saxōes & leto tuo incumbent: hinc aūt applicabūt duo fratres: Aurelius & Vtherpendragon: q mortē patris sui ī te vīdicare nitēt. Quære tibi diffugiū si poteris: cras totonesiū litt⁹ tenebūt rubebūt sanguīe Saxonū facies: & iterfecto Hēgisto Aurelius Ambrosius coronabit: pacificabit natiōes: restaurabit ecclesias: sed veneno deficiet: succedet ei Germanus suus Vtherpendragō: cuius dies anticipabunt veneno. Aderūt tantę pditionis posteri tui quos aper Cornubię deuorabit.

Hæc Merlinus.

Querit vortegirnus de suo fine.

Mors vortegirni a Merlino p̄dicitur.

¶ Finis libri quarti qui est fere de prophetiis Merlini.

¶ Aurelii Ambrosii in regem electio & initiatio. & ab eodem Vortegirni persecutio, & tandem in turri exustio.

Lib. V. Cap. I.



Is dictis. Ecce postera die Aurelius Ambrosius appellit cū Germano suo decē milib⁹ militū comitatus. Rumore itaq; aduētus ipsi⁹ diuulgato: cōuenerūt vndiq; Britones q in tāta clade dispersi fuerāt: & societate cōciuiū suoꝝ roborati: hilariores solito efficiūtur. Cōuocato igit̄ clero inunxerūt Aureliū in regē: & sese ei more suo submiserūt: cūq; impetū in Saxones fieri cohortarent̄ dissuasit rex. Nā prius Vortegirnū ꝑsequi affectauerat. Adeo em̄ ꝓpter ꝓditionē patri illatā doluerat q̄ nil agere videret̄ nisi eū prius vindicaret. Affectū itaq; suū exeq desiderās cōuertit exercitū suū in Cābriā oppidūq; Geneoꝝ petiit: diffugerat em̄ eo Vortegirnus vt tutū refugiū haberet. Erat aūt oppidū illud in natione Hergin sup fluuiū Guaiæ in mōte q Cloartius nūcupat̄. Vt igit̄ ad illud ꝑuenit Ambrosius ꝓditionis patri ac fratri illatę reminiscēs: Eldolē ducē Claudiocestriæ affat̄. Respice dux nobilis huius vrbis mœnia an poterūt Vortegirnū ꝓtegere qn gladii mei mucronē intra viscera ipsius recōdā! Promeruit em̄ necē nec tibi ignotū eē existimo ipm̄ eā ꝓmeruisse necē. O hominē oīm sceleratissimū: o ineffabilibus tormētis perdēdū. Primo ꝑdidit patrē meū Cōstātinū q ipm̄ & patriā a Pictoꝝ irruptiōe liberauerat. Deinde Cōstātē fratrē meū quē vt ꝑderet in regē ꝓmouit. Deīde cū ipsemet versutia sua coronat⁹ fuisset itromisit cū ciuib⁹ Paganos vt eos q fidelitati meę adhęrebāt exterminaret: sed ꝑmittēte deo i laqueū quē fidelib⁹ suis parauerat incautus cecidit. Nā vt neqtiā ipsi⁹ cōpererūt Saxones eiecerūt illū a regno qđ neminē pigere debeat. Illud vero dolēdū eē cēseo q̄ nefand⁹ ille ꝑplus quē nefandus iste īuitauit

Verba Ambrosii.

Execratio Aurelii ī Vortegirnū.

nobiles ciues exterminauit: fertilem patriam deuastauit: sacras ecclesias destruxit: & christianitatem fere a mari vsq; ad mare deleuit. Nunc ergo ciues viriliter agite: & vindicate vos primũ in istum per quẽ haec oĩa accesserunt. Deinde vertamus arma in hostes imminentes & patriam ab eorum ingluuie liberemus. Nec mora, diuersis machinationibus incũbũt: moenia diruere nituntur. Postremo cum cętera defecissent ignem adhibuerunt: qui cum alimentum reperisset non acquieuit adiunctus, donec turrim & Vortegirnum exarsit.

¶ Laudatur Aurelii virtus vituperatur Scotorũ leuitas & Aurelii acies instruuntur.

Cap. II.



Vod cũ Hengisto saxonibusq; eius relatũ esset inuasit eum timor quia virtutem Aurelii timebat Tanta namq; virtus & audacia ei inerat: q cum Galliarum partes frequentaret nõ erat alter qui cũ illo cõgredi auderet. Nam si congressum fecerat vel hostem ab equo prosternebat: vel hastam in frusta confringebat. Praeterea largus erat in dandis. Sedulus in diuinis obsequiis: modestus in cunctis: & super omnia mendacium vitans: fortis pedes: fortior eques: & ad regendum exercitum doctus. Tales probitates eius dum adhuc ĩ Armoricana Britannia moraretur fama assiduis volatibus in insulam detulerat. Timuerunt ergo eum saxones & sese trans Humbrum receperunt: in partibus illis munierunt ciuitates & oppida: nã patria illa semp refugio eis patuerat. Vicinitas etenim Scotiae adhibebat tutelã: quae in omne damnũ ciuium imminere consueuerat. Natio namq; ad inhabitandum horribilis euacuata ciuibus tutũ receptaculum alienigenis pstiterat. Siquidem Pictis Scotis Dacis Norwegẽsibus caeterisq; qui ad vastandum insulam applicuerant situ locorum inuitante patuerat. Securi ergo affinitatis pa-

triæ illam versus diffugerant: vt si opus fuisset sese intra eam quasi in propria castra recepissent. Cumq́ id Aurelio nūciatum fuisset audacior effectus spem victoriæ recepit. Ocyus ergo conuocatis ciuibus exercitum suū augmentauit, atq́ versus Aquilonares partes iter arripuit. Et cū nationes præteriret inspiciens illas desolatas cōdolebat: maxime propter ecclesias vsq́ ad solum destructas, quibus restaurationem promittebat si triumpho potiretur.

¶ Hengistus contra Aurelium mouet: & dolo.cccclx. nobiles occidit: deinde dura inter Hengistum & Eldolem committitur pugna. Cap.IIII.

AT Hengistus cū aduentū ipsius cōperisset reuocata audacia commilitones suos elegit, atq́ vnūquēq́ animans hortabatur eos viriliter eis resistere: nec cōgressum Aurelii exhorrere. Dicebat eñ ipsum paucos ex Armoricanis Britonibus habere cum numerus eorū vltra decem milia nō procederet. Insulanos vero Britones pro nihilo reputabat cum totiēs eos in præliis deuicisset: ꝓmittebat proinde suis victoriā, & ob ampliorē numerum securitatē. Aderant enim circiter ducēta milia armatorū, & cū omnes hoc modo animasset iuit obuiā Aurelio ī campū qui dicebatur Maesbelli ꝑ quē ipse Aurelius transiturus erat: affectabat nāq́ subitum & furtiuū impetum facere: Britonesq́ non præmeditatos occupare: quod tamē nō latuit Aureliū, nec idcirco distulit cāpū adire. Sed festinātius ingressus est. Vt ergo hostes inspexit disposuit turmas suas: tria milia ex Armoricanis iussit equis adesse cæteros cū Insulanis mixtim in aciē constituit. Demetios in collibus: Venedotos in ꝓpe sitis nemoribus locauit. Erat autem causa: vt si Saxones ad ea diffugerent: adessent qui obuiarēt. Interea accessit Eldol dux Claudiocestriæ ad regē

Eldol cũ Hẽgisto cupit cõ gredi.

& ait sola dies ꝓ oĩbus diebus vitæ meæ mihi sufficeret: si congredi cum Hẽgisto deus concederet. Nempe succumberet alter nostrũ dũ gladiis insisteremus. Reminiscor nam ꝙ diei qua conuenimus quasi pacem habituri. Cumq; de concordia ageretur prodidit omnes qui aderant: & cultris interfecit præter me solum qui reperto palo euasi. Succubuerunt eadem die quadringenti sexaginta barones: ac cõsules: qui omnes inermes aduenerãt. In tanto periculo subuectauit mihi deus palum quo defensus euasi. Talia referebat Eldol. Sed Aurelius hortabatur socios totam spem in filium dei ponere: hostesq; suos deinde audacter inuadere & ꝓ patria vnanimiter pugnare. At Hẽgist⁹ econtrario turmas suas componebat: componendo præliari docebat docendo singulas perambulabat: vt omnibus vnam audaciam pugnandi ingereret. Dispositis tandem in vtraq; pte cuneis congrediuntur acies: mutuos ictus ingeminãt: cruorem non minimum diffundunt. Hinc Britones: hic Saxones vulnerati moriuntur. Hortatur Aurelius christianos monet Hẽgistus paganos: & dum talẽ decertationem facerent nitebatur semper Eldol habere aditum congrediendi cum Hengisto: sed non habuit. Nam Hẽgistus vt vidit suos succumbere: Britones vero nutu dei prævalere: confestim diffugit petiuitq; oppidum Kaerconan: quod nunc Cunũgeburg appellatur. Insequit̃ eũ Aureli⁹: & quoscũq; in itinere reperiebat vel in interitum vel in seruitutem cõpellebat. Cum ergo vidisset Hẽgist⁹ ꝙ insequeretur se Aurelius noluit oppidũ introire. Sed cõuocato in turmas populo iterum præliari disposuit. Quippe sciebat ꝙ oppidũ nequaq̃ Aurelio resisteret & ꝙ omne tutamen suum in gladio & hasta consisteret. Deniq; cum superuenisset Aurelius composuit & ipse socios suos in turmas: & acerrimam ingessit pugnã. porro Saxones vnanimiter resistunt: & inuicem letaliter vulnerãtur: diffunditur sanguis vtro

Hẽgisti ꝓditione ccccclx. nobiles i terficiũt.

biq; clamor morientium viuos in iram ducebat. Postremo præualuissent Saxones nisi equestris turma Armoricorum Britonum superuenisset. Constituerat eam nanq; Aurelius sicut in primo prælio fecerat. Superueniente ergo illa cesserunt ei Saxones & aliquantulum dispersi vix iterum sese consociauerunt: acriores deinde Britones incumbunt: & hostes vnanimiter infestant. Nõ cessabat Aurelius socios monere: obuiantes vulnerare: fugientes insequi atq; suos hoc modo consolari. Similiter Eldol nũc hac nunc illac discurrens infestis vulneribus aduersarios suos afficiebat: quicquid autem ageret affectabat semper habere copiam congrediendi cum Hengisto.

Eldol cũ Hẽgisto cõgredi affectat.

¶Postq̃ diram pugnam Eldol & Hengistus commiserunt præualuit Eldol atq; Hengistum deprehendit, deprehensum extra vrbem ducit, vbi capitis pœna plectitur. Octa vero Hengisti filius, & Cosa cognatus eius misericordiam petentes, misericordiam consequuntur: atq; eis pars Britanniæ deserta sub seruitute habitanda conceditur.

Cap.IIII.

CVm itaq; diuersas irruptiones diuersæ turmę facerent conuenerũt forte pariter & mutuos ictus ingeminare cœperũt. O viros præ cęteris pugnaces, qui dum mutuos enses alter in alterũ immitterẽt: prosiliebãt ex ictibus ignes: ac si tonitrua coruscationesq; procrearent. Diu dubium fuit vtri præstantior vigor inerat quãdoq; eñ p̃ualebat Eldol, & cedebat Hẽgistus: quãdoq; cedebat Eldol, & præualebat Hengistus. Dum in hũc modum decertarent: superuenit Golois dux Cornubiæ cum Phalange cui pręerat: turmas diuersorum insectans quem cũ aspexisset Eldol: securior effectus cepit Hengistum per nasale cassidis atq; totis vtens viribus ipsum inter ciues

Dirissima pugna iter Eldolẽ & Hẽgistũ.

extraxit. Maximo igitur gaudio fluctuans excelsa voce di-
cebat desideriū meū impleuit deus: psternite viri obstātes
ambrones prosternite. Vobis est in manu victoria: vicistis
enim deuicto Hēgisto. Inter hæc Britones nō cessant Paga
nos oppugnare sępius ac sæpius inuadere: & cum retroce
debant, iterum reuocata audacia resistere nec in hunc mo
dum quieuerunt donec potiti sunt victoria. Diffugerunt
itaq; Saxones quo impetus quemq; ducebat. Alii vrbes alii
montana nemora: alii naues petebant. At Octa filius Hen
gisti: cū maiori mltitudie Eboracū adiuit. Cosa vero cogna
tus eius vrbem Aldud: atq; eas innumeris armatis muni-
uerūt. Vt itaq; triūphauit Aureli9 cepit vrbē Conani quā
supra cōmemorauerā: & ibidē tribus diebus morat9 est. In
terea iussit peremptos sepeliri: vulneratos curari: fatiga-
tos requiescere: & eosdem diuersis leuaminibus reficere.
Post hæc conuocatis ducibus decernere præcepit: quid de
Hengisto ageretur. Aderat Eldadus Claudiocestrensis epi
scopus frater Eldolis vir summæ prudētię & religiōis. Hic
cū Hengistū corā rege stantem aspexit iussit cæteros tace-
re & in hunc modū locutus est: etsi omnes istū liberare co-
narentur ego ipsum in frusta conciderē: insequerer namq;
prophetam Samuelem qui cū Agag regē Amalech in po
testate tenuisset concidit illū in frusta dicens: sicut fecisti
matres sine liberis sic faciam hodie matrem tuā sine liberis
īter mulieres: sic ergo facite de Hēgisto qui alter Agag exi
stit. Accepit ergo Eldol gladium & eum duxit extra vrbē
& amputato capite ad tartara direxit. At Aureli9 vt erat
in cunctis rebus modestus iussit eum sepeliri & cumulū
terræ super corpus eius Pagano more apponi.

Eldol hē gistū ne- q; imeri- to interfi cit.

¶ Deinde duxit Aurelius exercitū suum ad Eboracum vt
Octam filium Hengesti expugnaret. Cumq; ciuitatē possi
deret: dubitauit Octa resistere: & vrbem contra tantā mul
titudinem defendere. Conuocato itaq; consilio egressus

at cum nobilioribus qui secum aderant gestans catenam in manu & arenam in capite: & sese regi in hæc verba præsentauit. Victi sunt dei nostri deumque tuum regnare non hęsito. Qui tot nobiles ad te hoc modo venire compellit: Accipe ergo nos & catenam istam & nisi misericordiā habueris habe nos ligatos: & ad quodlibet supplicium voluntarie paratos. Motus ergo Aurelius pietate iussit adiudicari quid in illos agendum foret: cum autem diuersi diuersa proferrent surrexit Eldadus episcopus & sententiam hoc sermone disseruit. Gabaonitæ voluntarie venerunt ad filios Israel petentes misericordiam & impetrauerūt. Erimus ergo christiani peiores Iudęis abnegantes misericordiam? petunt misericordiam: habeant. Ampla est insula Britanniæ & in pluribus locis deserta. Fœderatos ergo illos sinamus saltem deserta habitare & nobis in sempiternum seruient. Acquieuit ergo rex Eldadi sententiæ & misericordiam de eis habuit: exemplo etiam Octę motus venit Cosa cęterique qui diffugerant & misericordiam impetrauerunt. Dedit ergo eis Coloniam iuxta Scotiā & fœdus cum eis confirmauit.

Misericordiam cōsequtur Octa a Britōibus cum suis Eldadi epi suasu

¶ Triumphatis itaque hostibus conuocauit consules & regni principes intra Eboracum præcepitque eis restaurare ecclesias quas gens Saxonum destruxerat. Ipse vero Metropolitanam ipsius vrbis atque cæteros episcopatus prouinciæ reædificare incœpit. Emensis deinde quindecim diebus cum operarios diuersos diuersis locis statuisset adiit vrbem Londoniæ cui hostilis irruptio non pepercerat. Cōdolens igitur illius excidium conuocat vndique ciues residuos & eam restituere aggreditur. Ibidem disposuit regnum suum legesque sopitas renouat, amissas auorum possessiones nepotibus distribuit. Quæ autem in tanta calamitate hæredes amiserant: addictæ sunt commilitonibus eius. Tota ipsius intentio versabatur circa regni restaura-

tionem & ecclesiarum reformationem: pacis ac legis renouationem: iustitiæ compositionem. Exinde petiuit Guyntoniam vt eam sicut cæteras restauraret. Cumq; in restauratione eius quæ ponenda erant posuisset: monitu Eldadi episcopi iuit ad monasterium prope Kaercaradoc quę nũc Sale sberia dicitur vbi consules & principes iacebãt: quos nephandus Hengistus prodiderat. Erat ibi Cœnobiũ trecentorum fratrum in monte Ambrii, qui, vt fertur, fundator eius olim extiterat: vt ergo locum quo defuncti iacebant circũspexit pietate motus in lachrymas solutus est. Postremo in diuersas meditationes inductus: Deliberauit apud se qualiter locum faceret memorabilem: dignũ nãq; memoria censebat cespitem qui tot nobiles pro patria defunctos protegebat.

¶ Aurelius memoriam facere volens sempiternam de nobilibus quos Hengistus sua interfecit ꝓditione: cũ neminẽ inueniret qui opus vt petebat faceret: Merlinũ accersi iubet. accersitũ interrogat qualiter locum sepulturæ faceret memorabilem: Cui Merlinus: si memoriam sempiternã eorũ facere vis: choreã gigantũ ex Hybernia adduci iubeas: qua adducta (Hyberniẽsibus prius deuictis) locũ decorauerũt. Eodẽ tẽpore Pascẽtius Vortegirni filius Germanos Saxonesq; in Britones collegit: sed ab ipsis Britonibus superati Pascẽtius Hyberniã petit: vbi exercitũ in Britones denuo colligẽs: & in Britãniã veniẽs: Eopã ad Aureliũ sub medici specie mittit. qui potũ ei veneno mixtũ sumere persuadens ipsum interemit: quo interẽpto apparuit contra solitum cursum naturæ stella miræ magnitudinis.

Cap. V.

COnuocatis itaq; vndiq; artificibus lignorũ & lapidũ: præcepit ingeniis vti: nouãq; structurã adinuenire: q̃ in memoriã tantorũ virorũ in æuũ cõstaret. Cumq; omnes ingeniis suis diffidentes repulsam in

tulissent: accessit Tremoricus vrbis Legionũ episcopus ad regem & ait: si vspiam est qui pceptum aggredi valuerit: Merlinus vates Vortegirni aggredietur. Quippe virũ nõ existimo alterũ in regno tuo esse cui clarius sit ingeniũ siue in futuris dicendis siue in operationibus machinandis Iube eũ venire atq ingenio suo vti vt opus qđ affectas constet. Cũ itaq de eo multa interrogasset Aurelius: misit diuersos nuncios p diuersas nationes patriæ: vt inuentũ illũ adducerent: qui pagratis puinciis eũ inuenerũt in natiõe Gewisseorum: ad fontẽ galabas: quẽ solit9 fuerat frequẽtare. Indicato aũt qđ vellent, illũ duxerũt ad regẽ. Excipit eũ rex cũ gaudio: iussitq futura dicere: cupiens miranda audire. Cui Merlin9: nõ sũt reuelãda huiusmodi mysteria nisi cũ sũma ĩcubuerit necessitas. Nã si ea in derisionem siue vanitatem pferrẽ: taceret spũs qui me docet: & cum opus superueniret recederet. Deniq cũ omnibus repulsam intulisset, noluit rex eũ infestare de futuris: sed de operatione p̃meditata locut9 est. Cui Merlinus: si perpetuo opere sepulturam virorum decorare volueris: mitte p chorea gigãtũ q̃ est in Killaro mõte Hyberniẹ. Est etenim ibi structura lapidũ: quã nemo hui9 ẹtatis construeret: nisi ingeniũ artem subuectaret. Grandes sunt lapides nec est aliquis cuius virtuti cedant: qui si eo modo quo ibi positi sunt circa plateã locabuntur, stabunt in æternum.

Merlini consiliũ.

Chorea gigãtũ i Hybernia.


AD ea verba Merlini solut9 est Aurelius in risum dicens: qualiter id fieri posset: vt tanti lapides ex tam longinquo regno deueherentur: ac si Britannia lapidibus careret: qui ad operationem sufficerent. Ad hæc Merlinus: ne moueas inqt dñe rex vanum risum: quia hæc absq vanitate profero. Mystici sunt lapides: & ad diuersa medicamina salubres. Gigãtesq olim asportauerũt eos ex vltimis finib9 Aphricẹ: & posuerũt i Hybernia dum eam inhabitarent. Erat autem causa vt balnea intra

illos conficerent: cum infirmitate grauarentur: lauabant nãq; lapides & intra balnea diffundebant: vnde ægroti curabantur: miscebant etiam cũ herbarũ infectionibus vnde vulnerati sanabantur. Non est ibi lapis qui medicamento careat. Cũq; hoc audissent Britones censuerunt pro lapidibus mittere populũq; hyberniæ prælio infestare: si eos detinere niterentur. Postremo eligitur Vtherpendragon frater regis: & quindecim milia armatorum: vt huic negocio pareant. Eligitur & Merlinus vt ipsius ingenio & consilio agenda tractentur. Paratis deinde nauibus mare ingrediũtur prosperis ventis hyberniam adeunt. Ea tempestate regnabat in hybernia Gillomanus iuuenis miræ probitatis. Hic cũ audisset: q in hyberniam applicuissent Britones: collegit exercitum grandem: & eis obuiam perrexit: cũq; didicisset causam aduentus eorum: astantibus risit & ait. Non miror si ignaua gens, Britonũ insulam deuastare potuit: quis etenim huiusmodi stultitiam audiuit? Nunquid meliora sunt saxa Hyberniæ q̃ Britanniæ: vt regnũ nostrũ per ipsos prouocetur? Armate vos viri & defendite patriã vestram: quia dum mihi vita inerit: non auferẽt nobis etiã minimũ lapillum choreæ. Vther. igitur vt vidit ipsos ad præliandum paratos: festinato agmine in eos irruit. Nec mora: præualuerunt Britones Hyberniensibusq; laceratis ac interfectis Gillomanũ in fugam propulerũt. Potiti autẽ victoria: petierũt Killaraum montẽ lapidũq; structuram adepti gauisi sunt: & admirati. Circũstantibus ita cunctis accessit Merlinus & ait. Vtimini viribus vestris iuuenes: vt in deponendo lapides istos sciatis vtrũ ingeniũ virtuti an virtus ingenio cedat. Ad imperium igitur eius indulserũt vnanimiter multimodis machinationibus & aggressi sunt choreã deponere. Alii funes: alii restes, alii scalas parauerunt: vt qđ affectabãt perficerẽt: nec vllatenus perficere valuerũt: deficiẽtibus cũctis solutus est Merlinus in risum

Solus Merlin9 istorũ lapidũ proprietatẽ cognoscebat.

Britones victoria potiti contra Hybernienses.

& suas machinationes confecit. Denique cum quaeque necessaria apposuisset: leuius q̄ credi potest lapides deposuit: depositos autem fecit deferri ad naues: & introponi, & sic cū gaudio in Britanniam reuersi sunt: & prosperantib⁹ ventis applicant: sepulturasque virorum cum lapidibus apparant. Qđ cum indicatum fuisset Aurelio: diuersos nuncios per diuersas partes Britāniç direxit. Iussit clerū ac populum submonere: submonitos vero in mōtē Ambrii conuenire vt cum gaudio & honore praedictam sepulturam repararent. Ad edictū ergo illius venerūt pōtifices & abbates. Et ex vnō quoque ordine qui ei subditi fuerant: & cum omnes conuenissent instante die quae praedicta fuerat: imposuit Aurelius diadema capiti suo: festūque Penthecostes regaliter celebrauit: tribusque sequentibus diebus cōtinue celebrationi vacauit. Interea honores qui possessoribus carebāt: domesticis suis largitur vt eis obsequii sui laborem remuneraret. Euacuatae erant duae Metropolitanae sedes: Eboraci videlicet atque vrbis Legionū a pastoribus suis: quibus communi populorum consilio cōsulere volēs cōcessit Eboracum Samsoni illustri viro summaque religione famoso, vrbem vero Legionum Dubricio quem diuina prouidētia in eodem loco profuturum elegerat.

Cumque haec & caetera in regno suo statuisset: prçcepit Merlino lapides circa sepulturam erigere: quos ex Hybernia asportauerat. At ille praeceptis eius obediens eodem modo quo in Killarao mōte Hyberniae positi fuerant: erexit illos circa sepulturam: & ingeniū virtuti p̄ualere cōprobauit.

¶ Pascentius Vortegirni filius Saxones contra Britones in Britanniam ducit. Cap. VI.



Eodem tempore Pascentius Vortegirni filius q̄ in Germaniam diffugerat cōmouebat omnē armatum militē illius regni in Aureliū Ambrosiū

patremq; suum vindicare volebat. Promittebat autem infini-
nitam copiam auri & argenti: si eorum auxilio Britanniam
sibi subiugare posset. Deniq; cum promissis suis vniuer-
sam iuuentutem corrupisset: maximū parauit nauigium
applicuitq; Aquilonaribus insulæ partibus, ac eas vasta-
re incoepit. Cūq; illud regi nunciatum fuisset collegit exer
citum suū, obuiamq; eis iuit: atq; sæuientes hostes ad præ-
lium prouocauit: qui vltro ad bellum venientes commise-
runt cum ciuibus pugnā: sed volente deo deuicti fuerunt:
& in fugam compulsi.

Pascēti⁹ fugit.

Pascēti⁹ cū Hyberniēsibus ī Britones.

¶ Pascentius ergo in fugam propulssus nō ausus est in Ger
maniam redire: sed retortis velis adiuit Gillomanū in Hy
berniam: & ab illo receptus est: & cum infortunium suum
notificasset miseratus Gillomanus pactus est ei auxilium:
conquerens de iniuria quam Vther. Aurelii frater sibi in-
tulerat: dum gigantum choream perquireret. Cōfirmato
tandem inter ipsos foedere parauerūt sibi naues & ingressi
sunt eas, & in Meneniam vrbem applicuerunt. Quo diuul
gato Vtherpendragon excitata armatorum copia in Cam
briam iuit, vt cum eis pugnaret. Frater autem eius Aure-
lius in Guyntonia vrbe morbo grauatus iacebat: nec pote
rat ipse adire. Cūq; id Pascētio & Gillomano *Saxonibusq;*
qui aderant compertum fuisset: gauisi sunt valde: quia exi
stimabant propter eius infirmitatem regnum Britanniæ
leuiter subdendum: & dum murmuratio inde per popu-
los fieret: accessit vn⁹ ex Saxonibus nomine Eopa ad Pascē
tium & ait: quibus donariis ditabis hominem qui Aure-
lium Ambrosium tibi interficiet. cui Pascētius, o si quēpiā
haberē cui hoc ī animo staret darem illi mille argēti libras
familiaritatemq; meam dum viuerem: & si fortuna permi
serit vt regni diademate potiar: illum faciam centurionem
idq; iuramento cōfirmabo. Ad hæc Eopa didici linguam
Britannicam, moresq; hominum scio: in medica arte peri-

tis. Si igitur ea quae promittis executus fueris mihi: fin gam me christianum & Britanū & quasi medic⁹ praesenti am regis nactus: ei potionem qua obibit cōficiam: & vt ci tius aditum reperiam me monachū religiosissimū & om ni dogmate eruditum fingam. Cumq; hoc promisisset: pe pegit foedus Pascentius cum illo: & ea quae spoponderat iu ramento confirmauit. Rasit igitur barbam suam capiteq; tonso monachi cepit habitum: & medicamentorum vasis oneratus iter Guyntoniam versus arripuit. Vrbē postre mo ingressus obtulit obsequium suum clientibus regis & gratiam in oculis eorum inuenit. Nihil em̄ desiderabilius expectabant q̄ medicum. Receptus itaq; & in praesentiā re gis ductus promisit se redditurum ei sanitatem si potioni bus suis foueretur, nec mora potionem cōficere iussus sub miscuit venenum regiq; porrexit. Qđ cum cepisset Aureli us & hausisset iussus est confestim a nephādo ambrone sub coopertorio suo delitere, atq; obdormire: vt magis potio detestanda operaretur, Paruit illico rex monitis illius pro ditoris & quasi sanitatem recepturus obdormiuit: nec mo ra illabente veneno per poros corporis & venas consecuta est inde mors soporem: quae nemini parcere consueuit. In terea nephādus proditor ille inter vnum & alium elapsus in curia nunq̄ comparuit. Haec dum Guyntoniȩ ageren tur apparuit stella mirae magnitudinis & claritatis vno ra dio contenta: ad radium vero erat globus igneus in simili tudinem draconis extensus: & ex ore illius procedebāt duo radii quorum vnus longitudinem suam vltra Gallicanū clima videbatur extendere: alter vero versus Hybernicū mare vergens in septem minores radios terminabatur.

Simulatio Eopę.

Aurelii mors.

Cometa.

Finitur. Liber quintus.

¶ Defuncto Aurelio apparet stella igneũ draconẽ sub se habẽs: quę Vtherpẽdragonẽ in regẽ sublimatũ iri significat. Prius tñ Gillomano Hyberniẽsiũ rege & Pascẽtio Vortegirni filio interfectis. In regẽ erectũ Octa & Cosa Saxonũq; magna multitudo (quibus sub seruitute viuẽtibus Aurelius cõcesserat Britãnię partẽ habitãdã) infestãt, & in fugã pellũt. Sed nocte sequẽti (cõsilio habito) Vtherpẽdragon Octæ & Cosæ castra inuadẽs: ipsos cepit captiuos (quo facto) Genio Vther. indulgẽs: in Igernã Gorlois ducis Cornubiæ vxorẽ ĩcaluit: ex qua sub mariti specie Arthurũ illũ strẽnuissimũ principem sustulit. Lib. VI.

Cap. I.


Pparente vero præfato sidere perculsi sunt oẽs metu & admiratione q illud inspiciebant Vther. etiã frater regis hostilem exercitũ in Cambriã ducẽs non minimo terrore perculsus cũctos sapiẽtes adibat vt quid portẽderet stella notificarent. Inter cæteros iussit vocare Merlinũ: nã & ipse in exercitũ venerat vt consilio ipsius res præliorum tractarentur qui vt in ꝑsentiã regis ductus astitit: iussus est sideris enucleare significationẽ. Mox ille in fletum erumpens reuocato spiritu exclamauit & dixit. O damnum irrecuperabile: o orbatum populum Britanniæ: o nobilissimi regis migrationẽ. defunctus est inclytus Britonũ rex Aureli9 Ambrosius: cuius obitu obibimus oẽs nisi deus auxiliũ subuectet: Festina ergo dux nobilissime Vther. festina & conflictũ cũ hostibus facere ne differas: victoria tibi in manu erit: & rex eris totius Britãnię. Te eñ sidus istud significat & igneus draco sub sidere. Radius eñ qui versus Gallicanã plagam porrigitur portendit tibi filium futurum & potentissimũ Cuius potestas omnia regna habebit quę ꝓteget. Alter radius filiam significat, cuius filii & nepotes regnũ Britãniæ

Quid sidus signi ficet.

successiue habebunt. At Vther. in dubio existēs an verum protulisset Merlinus in hostes vt cœperat ꝓgreditur. Aduenerat nāq; ꝓpe Meneniā: ita vt iter medietatis diei restaret. Cumq; aduentus eius Gillomario & Pascentio Saxonibusq; qui aderant relatus fuisset: egressi sunt ei obuiam vt cū ipso congrederentur. Porro vt sese adinuicem cōspexerunt agmina sua in vtraq; parte statuerūt, cominusq; accedentes pugnauerunt: pugnantes autem interficiūtur milites hinc & inde: vt in tali euentu fieri solet. Deniq; cum multū diei ꝑterisset: ꝓualuit Vther. interfectisq; Gillomano & Pascentio triumpho potitus est. Fugiētes itaq; Barbari festinauerūt ad naues suas: sed fugiendo a persequentibus ciuibus trucidabātur cessit prorsus victoria duci fauēte Christo qui post tātū laborē quo citius potuit regressus est in Guyntoniā. Aduenerāt nāq; nūcii q regis casum indicauerāt. ipsumq; iā ab epīs patrię sepultū esse ꝓpe Cœnobiū Ambrii intra choream gigantū: quā viuēs fieri ꝓceperat. Audito etem̄ ipsius obitu cōuenerāt in vrbē Guyntonyā pōtifices & abbates atq; totus clerus eiusdē prouinciæ, & vt tantū decebat regē funus ipsius procurauerūt: & quia viuens adhuc præceperat. vt in cimiterio qd̄ ipse parauerat sepeliretur tulerunt corpus eius eodem atq; cum regalibus exequiis humauerunt. Gillomanus & Pascēti9 ab Vther pendragone interficiūtur.

¶ Vtherpendragon in regem cūctis annuētibus erigitur. Cap. II.

AT Vther. frater eius conuocato regni clero cepit diadema insulæ: annuētibusq; cunctis sublimatus est in regē. Reminiscēs autē expositionis quā Merlinus de supradicto sidere fecerat: iussit fabricari duos dracones ex auro: ad draconis similitudinem quē ad stellæ radiū inspexerat. Qui vt mira arte fabricati fuerunt: obtulit vnum in ecclesia primę sedis Guyntoniæ: alterum vero sibi ad ferendum in prælia detinuit. Ab illo ergo die vo

catus fuit Vtherpendragon: quod Britannica lingua caput draconis appellamus. Idcirco hanc appellationem recepit: quia Merlinus eum in regem per draconem prophetauerat. Interea Octa Hengisti filius atque Cosa cognatus eius cum soluti essent a foedere quod Aurelio Ambrosio pepigerant moliti sunt inferre inquietudinem regi atque nationes eius dilacerare. Associabant namque sibi Saxones quos Pascentius conduxerat: nunciosque suos propter caeteros in Germaniam dirigebat. Maxima itaque multitudine stipatus aquilonares prouincias inuasit: nec saeuitiae indulgere quieuit donec vrbes & promontoria ab Albania vsque Eboracum destruxit. Postremo cum vrbem incepisset obsidere: superuenit Vther pendragon cum tota regni fortitudine: & cum illo preliatus est. Restiterunt viriliter Saxones & irruptiones Britonum fortiter tolerantes ipsos in fugam propulerunt. Victoria autem potiti insecuti sunt eos caedentes vsque ad montem Dauen dum sol diem stare permittebat. Erat autem mons ille arduus: in cacumine coriletum habens, in medio vero saxa praerupta latebris ferarum habilia. Occupauerunt autem eum Britones totaque nocte intra saxa & coriletta remanserunt. At cum arctos Temonem vertere coepit: praecepit Vther consules suos atque principes ad se vocari vt consilio eorum tractaret qualiter in hostes irruptionem facerent: conuenerunt ocyus cuncti in praesentiam regis: iussitque dicere quid consiliaretur: & Gorloi duci Cornubiae primum sententiam suam proferre praeceperunt. Erat enim magni consilii & aetatis maturae. Non opus inquit est ambagibus vanis aut sermonibus dum adhuc noctem astare conspicimus, vtendum vobis est audacia & fortitudine si vita & libertate frui diutius volueritis: magna est paganorum multitudo & pugnandi auida, nos vero pauciores existimus. Si autem diem superuenire expectauerimus: non censeo nobis vtile: vt cum eis congrediamur. Eia ergo dum tenebrae durant densatis turmis

Saxones in fugam Britones propellunt.

descendamus ipsosq; intra castra sua subito impetu inuadamus: nam dum nihil hęsitauerint nec nos venturos hoc modo existimauerint: si vnanimiter irruentes vsi fuerimus audacia, triumpho sine dubio potiemur. Placuit regi, omnibusq; illius sententiam exequi: monitisq; eius paruerunt. Statuti namq; per turmas & armati, hostium castra petunt, & vnanimi affectu in ipsos irruere proponunt. At dum prope incederent: perceperunt vigiles eorum aduentum qui soporatos socios sonitu lituorum euigilauerunt. Turbati itaq; hostes & stupefacti partim armare se festinant, partim formidine praeoccupati quo impetus ducebat discurrebant. At Britones densatis turmis ocyus adeunt, & castra inuadũt: repertoq; aditu strictis ensibus in hostes concurrunt. qui ita ex improuiso occupati non viriliter reddiderunt pręlium: cum caeteri audaciam cum praemeditatione recepissent. Porro Britones acriter irruere intendunt: trucidare conantur: & Paganos ad milia interficiunt. Deniq; capti sunt Octa & Cosa & Saxones penitus dissipati. Post illam vero victoriam petiuit vrbem Aldud, prouinciaeq; illi disposuit: pacemq; vbiq; renouauit: circuiuit etiam omnes Scotorum nationes rebellemq; populũ a feritate sua deposuit. tantam nãq; iustitiã exercebat per patrias quantam alter praedecessorum suorum non fecerat. Tremebant ergo in diebus eius quicũq; peruerse agebant cum sine misericordia plecterentur. Deniq; pacificatis Aquilonaribus prouinciis iuit Lõdonias: iussitq; ibidem Octam atq; Cosam in carcere seruari. Festo etiam paschali superueniẽte: praecepit proceribus regni in eandẽ vrbẽ cõuenire: vt sumpto diademate tantũ diẽ cum honore celebraret. Paruerũt ergo cũcti & diuersi ex diuersis ciuitatibus veniẽtes instante festiuitate conuenerunt: Celebrauit itaq; solẽnitatem rex vt proposuerat: & gaudio cum proceribus suis indulsit. laetitiam agebãt cuncti: quia

Octa & Cosa capiũtur.

ipsos læto animo rex receperat. Aduenerant nanq; tot nobiles cum cõiugibus & filiabus suis lęto conuiuio digni. Aderat inter cæteros Gorlois dux Cornubię cũ Igerna coniuge sua: cuius pulchritudo mulieres omnes toti⁹ Britãnię superabat. Cũq; inter alias inspexisset eam rex: subito amore illius incaluit: ita vt postpositis cæteris totam intentionem suã circa eam verteret. Hæc sola erat cui fercula incessanter dirigebat: cui aurea pocula familiaribus internũciis mittebat. Arridebat ei multotiens & iocosa verba ĩterserebat. Qđ cum cõperisset marit⁹ eius confestim iratus est & ex curia sine cõmeatu recessit. Nõ affuit qui eũ reuocare quiuisset cum id solũ amittere timeret, qđ super omnia diligebat. Iratus itaq; Vther. ꝑcepit ei redire in curiam suam vt de illata iniuria rectitudinem sumeret ab eo: cui cũ parere diffugisset Gorlois, admodum irat⁹ est rex. Iurauitq; iureiurando se vastaturũ regionẽ ipius: nisi ad satisfactionem festinaret: nec mora ꝑdicta ira inter eos manente collegit exercitũ magnũ rex petiuitq; prouĩcias Cornubiæ atq; ignem in vrbes & oppida accumulauit. At Gorlois nõ ausus est congredi cum eo quia eius minor erat armatorum copia. Vnde ꝑelegit munire oppida sua donec auxiliũ suũ ab Hybernia impetrasset: & cum magis pro vxore sua q̃ pro se ipso anxiaretur: posuit eam in oppido Tingagol in littore maris: qđ pro tutiori refugio habebat. Ipse vero ingressus est castellum Diuulioc ne si infortunium superuenisset ambo insimul ꝑiclitarentur. Cũq; illud regi nunciatũ fuisset iuit ad oppidũ in quo erat Gorlois & illud obsedit omnemq; aditum ei præclusit. Emensa tandem hebdomada reminiscens amoris Igernę vocauit Vlfin de Ricaradoch familiarem sibi cõmilitonem: indicauitq; in hæc verba qđ affectauerat. Vror amore Igernæ nec periculum corporis mei euadere existimo: nisi ea potitus fuero. Tu ergo adhibe consilium quo voluntatem meam expleam aut alis

ter internis anxietatibus interibo. Ad hæc Vlfin. & quis tibi cõsiliari valuerit: cum nulla vis accedere queat qua eã intra oppidũ Tingagol adeamus. Etenim situm est in mari & vndiq; circũclusum ab ipso: nec est introitus alter nisi quem angusta rupes prębeat: ipsum tres armati milites ꝓhibere queunt: licet cum toto regno Britanniæ astiteris. Attamẽ si Merlinus vates operam insisteret dare: arbitror te posse consilio ipsius desiderio tuo potiri. Credulus itaq; rex Merlinum vocari iussit: nam & ipse ad obsidionem venerat: vocatus cõfestim Merlinus cũ in præsentia regis astitisset iussus est consilium dare quo rex desideriũ in Igerna expleret. Qui comperta anxietate quã rex patiebatur pro ea cõmotus est super tanto amore & ait. Vt voto tuo potiaris vtendum est tibi nouis artibus & in tempore tuo inauditis: scio medicaminibus meis dare figuram ita vt per omnia Golois ipse videaris. Si itaq; parueris faciã te prorsus simulare eum. Vlfin vero Iordanũ de Tingagol familiarem eius. Alia autẽ specie sumpta adero tertius poterisq; tuto oppidum adire ad Igernam ac aditũ habere. Paruit itaq; rex: diligentemq; animũ adhibuit. Postremo cõmissa familiaribus suis obsidione: se Merlini medicationibus cõmisit: & in speciem Gorlois transmutatus est. Mutatus est & Vlfin in Iordanum: Merlinus in Bricelem: ita vt nemini qui fuerant comparerent: deinde aggressi sunt viam versus Tingagol & crepusculo ad oppidum venerũt. Indicato ocyus ianitori ꝙ cõsul adueniret apertę sunt ianuę & intromissi sunt viri. Quis eñ alius accessisset cũ ipse Gorlois putaretur adesse? Mãsit itaq; rex ea nocte cũ Igerna & sese desiderata Venere refecit. Deceperat namq; illam falsa species quam assumpserat: deceperat etiam fictitiis sermonibus quos ornate componebat. Dicebat enim se egressum esse ab obsesso oppido vt sibi tam dilectę rei atq; oppido disponeret: vnde ipsa credula nihil quod poscebatur abne-

Nota Merlini facinus.

gauit. Cõcepit itaq; eadem nocte celeberrimum illum Arthurum qui postmodũ vt celebris esset mira probitate promeruit.

¶Postq̃ Arthurũ & Annã genuerat Vther, subsequẽte tẽpore dum ęgrotaret: custodes carceris Octam & Cosam captiuos liberant atq; cum eis in Germaniam ire festinant: vbi magnum colligunt exercitum vt iterum Britones infestent: sed dum plurimum ab eis Britones infestarentur: Vther. licet morbo grauaretur feretrum fieri iubet quo in hostes vehatur vectusq; victoria potitus est: Nam Octa & Cosa primo congressu interficiuntur cũ pluribus aliis: nihilominus reliqui Saxones in sua malitia perseuerantes Vther. veneno interimunt: cui succedit Arthurus filius eius.

Cpa. III.



Nterea cum compertum esset per obsidionem regem non adesse: exercitus eius incõsulte agens: muros diruere conatur: & obsessum comitem ad prælium prouocare: qui etiam inconsulte faciens egressus est cum militibus suis arbitrans parua manu tot armatis se posse resistere. pugnantes ergo hic & inde inter primos interfectus est Gorlois & socii eius dissipati. Captum est quoq; oppidum qd obsederãt & opes intus reptæ nõ ęquia sorte diuisæ. Nam vt cuiq; administrabat fortuna & fortitudo rapaci yngue rapiebat. Peracta tandem huius factĩ audacia: venerũt nuncii ad Igernam: qui ducis necem: & obsidionis euentum indicarent. Sed cum regẽ in specię cõsulis iuxta eam residere inspexissent erubescentes admirabantur ipsum quem in obsidione interfectum deseruerant ita incolumem peruenisse. Nesciebant enim q̃ medicamenta Merlinus fecerat. Ad tales ergo rumores arridebat rex atq; cum his verbis comitissam amplexabatur: non equi

dem iterfectus sum: sed vt vides viuo: doleo tñ oppidi mei destructionẽ sociorũq; meorũ mortem: vnde nobis timendum est ne superueniret rex: & nos in oppido isto intercipe ret: ibo ergo prius ei obuiam & me cum ipso pacificabo ne nobis deterius cõtingat. Egressus itaq; petiuit exercitum suũ & exuta specie Gorlois in Vtherpendragonem rediit. Cũq; omnẽ euẽtũ didicisset ob cædem Gorlois doluit: sed ob Igernam a maritali copula solutam gauisus. Reuersus itaq; ad oppidũ Tingagol cepit illud. Cepitq; Igernam & voto suo potitus est. Cõmanserũt deinde pariter nõ minimo amore ligati: progenueruntq; filium & filiam: fuit filii nomen Arthurus, filiæ vero Anna.

Anna Arthuri soror.

Cvmq; dies & tempora præterissent occupauit infirmitas regẽ: eũq; multis dieb⁹ vexauit. Interim vero custodes carceris: in quo Octa atq; Cosa quos supra memoraui tediosam vitam ducebant: diffugerant cum eis in Germaniam: terroremq; per regnũ intulerant. Asserebat nãq; rumor ipsos iam commouisse Germaniam classemq; maximam parauisse in excidium insulę redituros: qđ & factũ est: redierũt eñ cũ maxima classe sociisq; innumerabilibus & ptes Albaniæ ingressi ciuitates atq; ciues igne accẽdere affectant. Cõmittit itaq; exercitui Britãniæ Loth de Lõdonesia vt hostes lõgius arceret. Erat autẽ consul ille Leir eques strenuissimus sapientia & ætate maturus. Probitate ergo ipsius acclamante: dederat ei rex filiã suã Annã regniq; sui curã: dũ infirmitati subiaceret. Hic cũ in hostes ꝓgressus esset: multotiens repulsus est ab eis: ita vt sese intra ciuitates reciperet: sæpius autẽ fugabat atq; dissipabat illos: & nunc ad nemora nunc ad naues diffugere cogebat. Fuit inter eos ꝑliorũ dubia decertatio ita vt nesciretur vtri victoria ꝓueniret: superbia eñ ciuib⁹ nocebat: quia dedignabantur consulis præceptis obedire. Vñ debiliores exñtes neqbant imminẽtes hostes superare.

Aegrotat Vther.

Loth dux effectus Annam ducit.

Vastata ita fere insula: cum id regi nunciaretur: vltra q̄ infirmitas expetebat iratus est: iussitq̧ cūctos proceres cōuenire vt ipsos de superbia & debilitate corriperet. Et cū omnes in præsentia sua conspexisset: conuicia cum castigantibus verbis intulit: iurauitq̧ ꝙ ipsemet eos in hostes conduceret. Præcepit itaq̧ fieri sibi feretrum quo asportaretur cum ingressum alterius modi abnegaret infirmitas. Præcepit etiam cunctos paratos esse: vt cum opportunitas accideret in inimicos progrederentur: nec mora, paratum est feretrum: parati sunt omnes: diesq̧ opportunus īstabat Intraposito itaq̧ rege Verolanium perexerunt vbi prædicti Saxones vniuersum populum affligebant. Cumq̧ edocti essent Octa & Cosa aduentum Britonum regēq̧ ī feretro adductum dedignati sunt cum eo præliari, quia in vehiculo aduenerat. Aiebant enim ipsum semimortuum esse nec tantos viros cum illo homine pugnare decere. Receperunt itaq̧ sese intra vrbem: & valuas quasi nihil timentes deseruerunt apertas. At Vther. cū id sibi relatum fuisset: iussit ocyus obsidere ciuitatem ac mœnia vndiq̧ inuadere. Paruerunt itaq̧ ciues: & vrbem obsederunt: mœniaq̧ inuaserunt. Stragem autem Saxonib⁹ dantes fere diruptis muris ingressi sunt: nisi Saxones ad vltimum resistere incœpissent. Præualētibus namq̧ ciuibus piguerat eos incœptæ sup̄biæ. vnde se defendere instituerūt. Scandētes itaq̧ muros omnimodis telis Britones repellebāt. Deniq̧ cum vtrinq̧ decertarent: superuenit nox quæ singulos ab armis ad quietem inuitauit. Quietem desiderabant multi: plures vero consilium quo aduersarios suos perderent. At Saxones cum inspexissent superbiam suam sibi nocuisse Britones vero fere triumphasse: proposuerunt cū diliculo egredi inimicosq̧ suos ad campestre prælium prouocare. qđ factū est. Nam vt diem protulit titan dispositis cateruis egressi sunt; vt propositum exequerētur suum. Quod

Ducitur Vther. ī feretro cōtra hostes & victor extitit.

videntes Britones, diuiserũt milites suos per turmas: atq̧ obuiam venientes prius inuadere cœperunt. Resistunt illico Saxones: inuadunt Britones & mutuam cædem vtrobiq̧ cõficiũt. Postremo cum multum præteriisset diei: cessit victoria regi Britonum interfectisq̧ Octa & Cosa terga dederũt Saxones. Tanta lætitia inde cepit regem ita vt cum prius sine iuuamine alterius sese erigere nequiret leui conamine erectus resedit in feretro acsi subitam sanitatem recepisset. Solutus etiam in risum hilari voce in hunc sermonem prorupit. Vocabant me ambrones isti regẽ semimortuum: quia infirmitate grauatus in feretro iacebam: sic equidem eram. Malo tamen semimortuus ipsos superare q̃ sanus & incolumis superari: sequenti vita perfuncturus. Præstãtius enĩ est mori cũ honore: q̃ cũ pudore diu viuere ¶Deinde aũt Saxones nõ idcirco a malitia sua destiterũt: sed aquilonares prouincias ingressi populos incessanter infestabant, quos Vther rex vt proposuerat affectabat insequi. Sed dissuaserunt principes: quia eum grauior infirmitas post victoriam occupauerat. Vnde audaciores insistẽtes hostes omnibus modis regnum subdere nituntur. Proditioni etiam solitæ indulgentes machinantur qualiter regem dolo interficerent. Et cum alter aditus defecisset statuerunt eum veneno perdere q̃d factũ est. Nam cum in vrbe Verolanio iaceret: direxerunt in paupere cultu legatos qui statum curię addiscerent: qui cum totum didicissent inter cętera cõpererũt vnũ q̃d ꝓditioni ipsius pelegerũt. Erat autẽ ꝓpe aulã fons nitidissimę aquæ quã rex solitus fuerat potare cum cæteros liquores propter infirmitatẽ obhorreret. Fontem namq̧ aggressi sunt nefandi proditores ipsumq̧ veneno infecerunt: ita vt manans aqua tota corrũperetur: vt ergo potauit rex ex ea festinæ morti succubuit Occubuerũt etiã centũ hoĩes post illũ donec cõperta fraude cumulũ terræ supposuerũt. Cũ aũt obitus regis diuul

Octa & Cosa interficiũt.

Vther potione aquę venenatę a ꝓditoribus sublatus est.

gatus fuisset aduenerũt pontifices cũ clero regni: tulerũtq; corpus eius ad Coenobiũ Ambrii: & intra choreã gigantũ iuxta Aureliũ Ambrosiũ regio more humauerunt.

¶ Arthurus is qui ex nouẽ illis imperatoribus primariis & incõparabilibus nõ infimus habet: regio diademate cõsensu cleri & populi insignit: qui vbi prudẽter cõsultauerat: mature agendo increbilem laudem meruit.

Liber. VII. Cap. I.



Efuncto igit Vtherpẽdragone cõuenerũt ex diuersis puinciis pceres Britonũ in ciuitatẽ Cilcestriæ: Dubricio vrbis archiepo suggerẽtes: vt Arthurũ filiũ regis i regẽ cõsecraret. Angebat eñ eos necessitas: audito nãq; pdicti regis obitu Saxones cõciues suos ex Germania iuitauerũt: & duce Colgrino ipsos extermiare nitebãt. Subiugauerãt etiã sibi totã partẽ isulę q a flumine Hũbri vsq; ad mare Catenesiũ extẽdit. Dubricius ergo calamitatẽ patrię dolẽs associatis sibi epis Arthurũ regẽ regni diademate isigniuit. Erat aũt Arthurus qndecim annoꝝ iuuenis inauditę virtutis atq; liberalitatis: in quo tãtã gratiã inata bonitas pstiterat vt a cũctis fere pplis amaret. Insigniis ergo regiis initiatus solitũ morẽ seruãs largitati idulsit. Cõfluebat ad eũ tãta multitudo militũ: vt eis qd deficeret dispensaret: sic cui naturalis inest largitio cũ probitate licet ad tempus indigeat: nullatenus tamẽ cõtinua pauptas ei nocebit. Arthurus ergo quia i illo pbitas largitionẽ comitabat: statuit Saxones inquietare vt eoꝝ opibus q sibi famulabat ditaret familiã: Cõmonebat etiã illud rectitudo cũ toti⁹ insulæ monarchiã debuerat hęreditario iure obtinere. Collecta deinde sibi subdita iuuentute Eboracũ petiuit. Cũ id Colgrino cõpertum esset collegit Saxones Scotos & Pictos, venitq; ei obuius cũ multitudine maxima iuxta flumen Duglas: vbi fa

Arthur⁹ Vther. patri i regno succedit.

tio congressu vtriusq; exercitus in maiori parte periclitatus est. Victoria tamen potitus Arthurus Colgrinũ fugientem insecutus est: ingressumq; intra Eboracum obsedit Audita itaq; fratris sui fuga Baldulphus cum sex millib9 virorum obsidionem petiuit: vt ipsum inclusum liberaret Erat autem tunc ipse quando frater pugnauerat expectãs aduẽtum Cheldrici ducis iuxta maritima: qui eis ex Germania in auxilium venturus erat. Cum itaq; esset spatio decem miliariorum ab vrbe statuit nocturnum iter arripere, vt furtiuam irruptionẽ faceret. Quod edoctus Arthurus iussit Cadorem ducem Cornubiæ cum sexcentis equitibus & tribus milibus peditum eadem nocte illi obuiare qui viam qua hostes præteribant nactus: inopinatũ impetũ fecit: dilaceratisq; atq; interfectis Saxonibus fugam facere coegit. Qui vltra modũ anxius q̄ fratri suo auxiliũ subuectare nequiret: deliberauit apud se qualiter colloquio ipsius frueretur. Existimabat enim aditum salutis vtrorũq; consilio machinari posse: si illius præsentiam adire quiuisset. Cum ergo alterius modi aditum non haberet: Rasit capillos suos & barbam cultumq; ioculatoris cum cythara fecit. Deinde intra castra deambulãs modulis quos in lyra componebat sese cytharistam exhibebat. Cumq; nulli suspectus esset accessit ad moenia vrbis paulatim ceptam familiaritatem faciens. Postremo cum inclusis apertum esset tractus est funiculis intra muros & ad fratrem conductus & tunc viso germano osculis & amplexibus desideratis sese refecit acsi ex morte resuscitatus esset. Deniq; cum post multas deliberationes desperationem egrediẽdi incidisset. remanebant iã legati ex Germania qui duce Cheldrico sexcentas naues milite forti oneratas in Albaniã conduxerant quo audito dissuaserũt cõsiliarii sui Arthuro obsidionẽ diutius tenere, ne si tanta multitudo hostiũ superuenisset dubium certamen committerent.

Obsidet ab Arthuro Colgrinus.

Aruit igitur Arthurus domesticorum suorum consilio. Et sese intra vrbem Londoniarum recepit. Vbi conuocato clero & totius potestatis suæ primatibus consilium quęrit: quid optimum quidve saluberrimum contra Paganorum irruptionem faceret. Communi tandem assensu illato mittuntur Armoricani nuncii ad regem Hoelum qui ei calamitatem Britanniæ notificarent. Erat autem Hoelus filius sororis Arthuri ex Dubricio rege Armoricorum Britonum generatus. Vnde audita inquietatione quæ auunculo ingerebatur: iussit nauigium suũ parari, collectisq; quindecim milibus armatorũ proximo ventorum flatu ad portũ Hamonis applicuit. Excepit eũ Arthurus quo honore decebat, mutuos amplexus sępissime innectens.

Quindecim milia armatorũ mittit Hoelus dux Armoricanorũ Britonũ Arthuro cõtra Saxones in auxilium.

¶ Arthurus seu Arcturus Saxonum sex milia interficit & cæteros tributarios facit.

Cap. II.

Mensis postmodum paucis diebus vrbem Kaerlindoit petiuit a Paganis, quos supra memoraui obsessam: hæc autẽ in Lindisiensi prouincia inter duo flumina super montem locata alio nomine Lindocolinum nũcupatur. vt igitur cum omni multitudine sua eo venerũt pliati sunt cũ Saxonibus: inauditã cædẽq; inferẽtes. Ceciderunt nãq; ex eis ea die sex milia qui partim fluminibus submersi partim telis percussi vitã amiserũt. Vnde cæteri stupefacti relicta obsidione fugerunt: quos Arthurus insequi nõ cessauit donec in nemus Caledonis venerũt. Ibi vndiq; ex fuga confluentes conati sunt Arthuro resistere: cõserto itaq; plio stragẽ Britonibus faciũt sese viriliter defendẽtes. Ibi etenim arborum auxilio tela Britonũ vitabant qđ Arthurus intuẽs iussit arbores circa illã partẽ nemoris incidi: & trũcos ita in circuitu locari vt egressus eis abnegaretur. Volebat nãq; illos inclusos tãdiu obsidere donec

fame interirent. Quo facto iussit turmas ambire nem⁹ [illegible] fitq; trib⁹ diebus ibidem. Cum igitur Saxones quo vescerentur indigerent ne subita fame perirent petierũt eo pacto egressum vt relicto omni auro & argento cum solis nauibus in Germaniam redire sinerentur. Promiserũt quoq; se daturos ei tributum ex Germania obsidesq; inde mansuros. Tunc Arthurus quæsito cõsilio eorũ petitioni acquieuit. Retinuit namq; ipsorum opes reddẽdiq; vectigalis obsides solumq; abscessum largitus est. Cumq; illi in redeundo domum æquora sulcarent piguit peractæ pactionis retortisq; velis in Britãniã redierunt: & Totonesium littus adiuerunt. Nacti deinde patriam tellurem vsq; ad Sabrinum mare depopulantur colonos letiferis vulneribus afficientes. Inde arrepto itinere pagum Badonis versus vrbẽ obsident: idq; cum regi nunciatum esset: admirans vltra modum ipsorum facinus iussit fieri iudicium de illorum obsidibus breui mora suspendendis: prætermissa etiam inquietatione qua Scotos & Pictos opprimere inceperat: obsidionem dispergere festinauit. Maximis vero angustiis est cruciatus quoniam Hoelum nepotem suum morbo grauatum in ciuitatem Aldud deserebat. Postremo Sumesetẽsem prouinciam ingressus visa cominus obsidione in hæc verba locut⁹ est. Quoniam impiissimi atq; inuisi nominis Saxones fidem mihi dedignati sunt seruare: Ego fidẽ deo meo conseruans sanguinem conciuiũ meorum in ipsos hodie vindicare conabor. Armate vos viri armate: & proditores istos viriliter inuadite: quos proculdubio auxiliante Christo triumphabimus.

Saxones vectigal ex Germania arthuro datis obsidib⁹ pmittunt.

Verba Arturi Saxones fide fragos detestantis.

¶ Hęc eo dicente sanctus Dubricius vrbis Legionũ archiepũs ascenso cuiusdam mõtis cacumine in hũc modũ celsa voce exclamauit: viri christiana pfessione insigniti maneat in vobis cõciuiũ vestrorũ pietas & patriæ qui proditione Paganorum exterminati vobis sempiternum erunt

Verba Dubricii ad britones.

opprobrium nisi ipsos defendere institeritis. Pugnate ergo pro patria vestra, & mortem si superuenerit pro eadem vltro patimini: ipsa enim victoria est & animæ remedium. Quicūq; etenim pro confratribus suis mortē inierit: viuā hostiam se pręstat deo: Christumq; insequi non ambigitur qui pro fratribus suis animam suam dignatus est ponere. Si aliquis igitur vestrum in hoc bello mortem subierit fiet ei mors illa omniū delictorū suorum pœnitentia: & absolutio: dum eam hoc modo recipere non diffugerit: nec mora viri beati benedictione hilarati festinat quisq; armare se & præceptis eius parere: ipse vero Arthurus lorica tanto rege digna indutus auream galeam simulacro draconis insculptam capiti adaptat. Humeris quoq; suis clypeum vocabulo PriWen: in quo imaginem sanctæ Mariæ dei genitricis impictam in memoriam ipsius sæpissime reuocabat. Accinctus etiā Caliburno gladio optimo: & in insula Auallonis fabricato lancea dexteram suam decorat, quæ nomine Ron vocabatur: hæc erat ardua lataq; lancea cladibus apta. Deinde dispositis cateruis: Saxones in cuneo more suo dispositos audacter inuasit. Ipsi vero tota die viriliter resistebāt Britones vsq; insequētes, vergēte tandē ad occasum sole: proximū occupant montem pro castris eum habituri. Multitudine enim sociorū confisis solus mons sufficere videbatur: atq; vt posterum sol diem reduxit: ascendit Arthurus cum exercitu suo cacumen. Sed in ascendendo suorum multos amisit. Saxones nāq; ex summitate occurrētes: facilius ingerebant vulnera dum ipsos citior cursus in descendendo ageret q̄ eos in ascensu. Britones tamen cacumen maxima vi adepti: dextris hostium dexteras suas confestim cōserunt. Quibus Saxones pectora pretendentes omni nisu resistere nituntur. Cumq; multum diei in hūc modum præteriisset indignatus est Arthurus ipsis ita successisse: nec sibi victoriam aduenire. Abstra-

Lancea Arthuri Ron nominata.

cto igitur Caliburno gladio nomē sanctæ Marię clamabat & sese toto impetu intra densas hostiū acies immisit. Quē cunq; attingebat deum inuocando solo ictu perimebat: nec requieuit impetum suum facere donec quadringentos & septuaginta viros solo caliburno gladio peremit: qđ videntes Britones densatis turmis illum sequūtur stragē vndiq; facientes. Ceciderunt ilico Colgrinus & Baldulfus eius frater & multa milia aliorum. At viso sociorum periculo Cheldricus continuo in fugam versus est.

Arthurus i Saxones ira cōcit⁹ q̄drigētos septuaginta viros ppria manu pliādo iteremit Colgrin⁹ & Baldulfus moriūt.

¶ Cheldrico interfecto Saxonibusq; in obsides obtētis insequitur Arthurus Scotos & Pictos qui ad Lunogoi stagni isulas aufugerūt: sed ab Arthuro obsessi eorū magna pars fame periit: reliquis vero eorum qui supererāt: proborum & religiosorum virorum rogatibus pars insulæ sub seruitute conceditur. Superatis itaq; paganis restaurationi ecclesiarum vacare iubet Arthurus: restituitq; nobiles i suas possessiones eis ampla dans donaria. Deinde subiugat Hyberniam: qua subiugata & Gillomano capto cæteræ insulæ sese ditioni eius submiserunt. Item Britones Loth hęreditario iure in regem Norwegię subiugatis Norwegensibus erigūt. His omnibus subiugatis petit Arthurus Galliam quam tenebat Flollo tribunus sub Leone Imperatore: sed Flollone in duello ab Arthuro superato tota Gallia ipsi submittitur.

Cap. IIII.

Rex igitur potitus victoria Cadorem ducē Cornubię iussit persequi illos dum ipse Albaniā petere festinaret. Denunciatum nāq; illi fuerat Scotos atq; Pictos obsedisse Hoelum i vrbe Aldud i qua ipsum vt supra dixi infirmitate grauatum dimiserat. Quocirca properabat ei in auxilium ne a Barbaris occuparet. Dux itaq;

Cornubiæ decem milibus comitatus fugientes Saxones nondum insequi voluit, immo naues eorum festinanter excipere vt ipsis ingressum prohiberet. Mox vt ipsis potitus est muniuit eas militibus optimis: qui introitus Paganis abnegarent: si ad eas fugerent. Deinde festinauit hostes sequi: sectatos sine pietate trucidare præceptum Arthuri facturus. Qui modo genuina feritate fulminabāt, modo timido corde fugientes, alii occulta nemorum, alii montes & montium cauernas petebant: vt viuendi spatium haberent. Postremo cum nihil eis tutaminis esset insulam Tanet lacero agmine ingrediuntur. Insequitur eos eodem dux Cornubiæ solitam cædem inferens: nec requieuit donec perempto Childerico cunctos ditioni compulit receptis obsidibus.



Ace itaq; firmata petiuit vrbē Aldud quam Arthurus iam ab oppressione Barbarica liberauerat. Deinde duxit exercitum suum Mureith vbi obsidebantur Scoti & Picti, qui tertio contra regem nepotemq; eius præliati ipsos vsq; ad eandem prouinciam aufugerant. Ingressi autem stagnum Limogosi occupauerunt insulas quæ intra erant securum refugium quærentes. hoc autem stagnum sexaginta insulas continens sexaginta flumina recipit: nec ex eo nisi vnum solum ad mare decurrit. In insulis vero sexaginta rupes manifestum est esse totidem aquilarum nidos sustentantes: quæ singulis annis conuenientes prodigium quod in regno venturum esset celso clamore communiter edito notificabant. Ad has itaq; insulas cōfugerant prædicti hostes vt stagni præsidio fruerētur: sed parum illis profuit. Nā Arthurus collecto nauigio flumina circuiuit, ipsosq; per quindecim dies obsidēdo tāta afflixit fame: vt ad milia morerent̄. Dūq; illos in hūc modū opprimeret Gillomarus rex Hyberniȩ cum maxima Barbarorum copia classe superuenit: vt ipsis

Marginal notes: Limogoum. — Aquilarum natura. — Gillomarus.

oppressis auxiliũ subuectaret. Prætermissa itaq; obsidione coepit Arthurus arma vertere in Hybernienses: quos sine pietate laceratos coegit ad patriã remeare. Potitus itaq; victoria parauit iterũ delere gentẽ Scotorum atq; Pictorum incõparabili sæuitiæ indulgens. Cũq; nulli pro vt reperiebatur parceret: cõuenerũt omnes epi miserandæ patriȩ cũ omni clero sibi subdito reliquias sanctorum & ecclesiastica sacramenta nudis ferentes pedibus misericordiã regis pro salute populi sui implorantes. Mox vt præsentiam eius habuerũt flexis genibus deprecati sunt vt pietatẽ super contrita gẽte haberet. Satis etenim periculi intulerat, nec erat opus perpaucos qui remanserant vsq; ad vnũ delere: sineret illos portiunculã patriæ habere perpetuȩ seruitutis iugum vltro congestaturos. Cũq; regem in hũc modũ rogauissent cõmouit eum pietas in lachrymas, sanctorũq; virorum petitioni acquiescens veniam donauit.


His itaq; gestis explorabat Hoelus prædicti stagni sitũ, admiraturq; tot flumina, tot insulas, tot rupes, tot aquilarũ nidos numero adesse. Cũq; illud mirum contulisset accessit Arthurus, dixitq; illi: aliud stagnũ magis esse mirandũ in eadem prouincia. Erat quippe haud illinc longe latitudinem habens viginti pedũ eadẽq; mensura longitudinem cum quinq; pedum altitudine in quadrum vero siue hominũ arte, siue natura constitutum quatuor genera piscium intra quatuor angulos procreabat: nec in aliqua partium pisces alterius partis reperiebantur. Adiecit etiã aliud stagnũ in partibus Galliarum ppe Sabrinam esse quod Pagenses Linligunam appellant: quod cum in ipsum mare fluctuat in modũ voraginis recipitur sorbendoq; fluctus nullatenus repletur vt riparum marginem operiat. At dum mare decrescit instar montis eructat absorptas aquas quibus demũ ripas tegit & aspergit. Interim si gens totius patriȩ illius facie aduersa prope staret re

Aduerte stagna.

Admirãda natura.

cepta intra vestes vndarum aspergine vel vix vel nunq̃ elabi valeret quin a stagno voraretur. Tergo autem verso nõ est irroratio timenda etiam si in ripis astaret.

¶ Sequenti particula describitur Arthuri in reperãdis tẽplis a Saxonibus dirutis sedulitas: in restituendis possessionibus pristinis & iustis dominis æquitas: & in ducẽda vxore prouidentia.

Beatus Samson tẽplo expellitur a Saxonibus.



Ata igitur venia Scotorũ populo petiuit rex Eboracum instantis natalis domini festum celebraturus. Cumq; vrbem intrasset visa sacrarum ecclesiarum desolatione cõdoluit. Expulso namq; beato Samsone archiepiscopo cunctisq; sanctæ religionis viris templa semiusta ab officio dei cessabant. Tanta etenim paganorum insania præualuerat. Exinde cõuocato clero & populo Pyrannum capellanum suũ Metropolitanę sedi destinauit: ecclesias vsq; ad solum destructas renouat: atq; religiosis cœtibus virorum ac mulierum exornat. Proceres autem ingetudine Saxonum expulsos patriis honorib9 restituit. Erãt ibi tres fratres regali prosapia orti Loth videlicet atq; Vrianus necnon & Auguselus: qui anteq̃ Saxones præualuissent principatum illarum partium habuerant. Hos igitur vt cæteros paterno iure donare volens reddidit Auguselo regiam potestatem Scotorum: fratremq; eius Vrianũ sceptro Murefrensium insigniuit: Loth autem qui tẽpore Aurelii Ambrosii sororem ipsius duxerat: ex qua Galganum & Modredum genuerat ad cõsulatum Londonẽsię cæterarumq; comprouinciarum quæ ad eum pertinebant reduxit. Deniq; cum totius patriæ statum in pristinam dignitatem reduxisset duxit vxorem Guenaram ex nobili genere Romanorũ editam: quæ in thalamo Cadoris ducis educata toti9 insulę mulieres pulchritudine superabat. Aduenïente deĩde sequenti ęstate parauit classem suam adiuitq; Hybernię insulam quam sibi subdere desiderabat. Applicã

ti autem ipsi prędictus rex Gillomanus cum innumerabili gente obuiam venit contra illum dimicaturus. Cūq; prę lium incepisset confestim gens eius nuda & inermis miserrime lacerata confugit quo ei locus refugii patebat. Nec mora, captus ē Gillomanus ad deditionēq; coactus. Vnde cęteri principes patriæ stupefacti exemplo regis deditionē fecerunt. Subiugatis itaq; totius Hyberniæ partibus classem suam dirigit in Islandiam eāq; debellato populo subiugat. Exinde diuulgato per cæteras insulas rumore q̄ ei nulla prouincia resistere poterat Doldonius rex Gelandiæ & Gimnasius rex Orcadū vltro venerūt: promissoq; vectigali subiectionem fecerūt. Emensa deinde hyeme reuersus est in Britanniam statumq; regni in firmam pacem renouans moram duodecim annorum ibidem fecit.

TVnc inuitatis probissimis quibusq; ex longe positis regnis coepit familiā suam augmentare, tantāq; vrbanitatē in domo sua habere vt æmulationem longe manentibus populis ingereret. Vnde nobilissimus quisq; incitatus vilipendebat se nisi sese siue in induendo siue in arma ferēdo ad modum militum Arthuri haberet. Deniq; fama largitatis atq; probitatis illius per extremos mundi cardines diuulgata reges transmarinorum regnorum nimius inuadebat timor: ne inquietatione eius oppressi nationes sibi subditas amitterent. Mordacibus ergo curis anxiati vrbes atq; vrbium turres renouabant: oppida in cōgruis locis ædificabant: vt si Arthuri impetus in illos duceretur refugium si opus esset haberent. Cumq; id Arthuro notificatū esset extollēs se quia timori cūctis erat totā Europā sibi subdere affectat. Paratis deinde nauigiis Norwegiam primū adiuit vt illius diademate Loth sororiū suū insigniret. Erat autem Loth nepos Sichelini regis Norwegensiū qui ea tēpestate defunctus regnū suū eidem

destinauerat. At NorWegenses indignati illũ recipere ere xerãt quẽdam Riculfum in regiam potestatem munitisq; vrbibus Arthuro se posse resistere existimabant. Erat tunc Galganus filius prædicti Loth duodecim annorũ iuuenis obsequio Sulpitii papæ ab auũculo traditus. A quo arma recepit. Vt ergo Arthurus sicut prius dicere incœperam in NorWegẽse litt⁹ applicuit: obuiauit ei rex Riculfus cũ vniuerso patriæ populo præliumq; cõmisit: & cum multũ cruoris in vtraq; parte diffusum esset: præualuerunt tandem Britones: factoq; impetu Riculfum cum multis peremerunt. Victoria igitur potiti ciuitates accumulata flamma inuaserunt: dispersisq; pagensibus sæuitiæ indulgere non cessauerunt donec totam NorWegesiam necnõ & Daciã dominio Arthuri submiserũt. Quib⁹ subactis cũ Loth in regem NorWegiæ promouisset, nauigauit Arthur⁹ ad Gallias factisq; turmis patriã vndiq; vastare cœpit. Erat aũt tunc ꝓuincia Gallia Flolloni Romæ tribuno commissa qui eam sub Leone Imperatore regebat. Qui cum Arthuri aduentum comperisset collegit omnem armatum militem qui potestati suæ parebat & cũ Arthuro præliat⁹ est sed minime resistere quiuit. Nam Arthurum iuuẽtus ĩsularum omnium quas subiugauerat comitabatur. Vnde tãtum perhibebatur habere exercitũ quãtũ erat difficile ab vllo posse superari. Famulabatur quoq; ei melior pars Gallicanæ prouĩciæ quam sua largitas sibi obnoxiam fecerat. Flollo igitur cum sese in deteriorem prælii partem incidere vidisset: relicto cõfestim campo Parrhisiũ cum paucis diffugit: ibi resociato sibi delapso populo muniuit vrbẽ: & iterum affectauit cum Arthuro dimicare: at dum exercitum suum vicinorum auxilio roborare intẽderet: ex improuiso venit Arthurus ipsumq; intra ciuitatem obsedit. Emẽso deniq; mẽse cũ Flollo gentẽ suam fame periisse doluisset mãdauit Arthuro vt sibi soli duellũ immitteret: &

Britões victoria potiti cõtra NorWegẽses eorũ regẽ interimunt.

Flollo tribun⁹ Galliam regit.

Flollo ab Arthuro supat.

Flollo duellum cum Arthuro pe[tit].

qui victoria proueniret alterius regnũ obtineret. Erat enim ipse staturę,& audacię,& fortitudinis magnę: quibus vltra modum confisus ista mãdauerat vt hoc modo salutis aditum haberet. Quod cum Arthuro nunciatũ esset placuit ei vehementer Flollonis affectus. Remandauitq; sese paratum esse prędictam conuentionem tenere. Dato igitur ab vtraq; parte foedere cõuenerũt vterq; in insulam quę erat extra ciuitatem populo expectante quid de eis futurum erat. Ambo erant decenter armati: super equos etiam miræ velocitatis sedentes: nec erat promptum dinoscere vtri triumphus proueniret. Vt itaq; erectis lanceis in aduersis partibus steterunt confestim subdentes equis calcaria sese maximis ictibus percusserunt. At Arthurus gestãs cautius lanceam Flollonem pectore infixit, eiusq; telo vitato: quantum victor sinebat: illum in terram prostrauit. Euaginatoq; ense festinabat eum ferire cum Flollo velocius erectus prætensa lancea occurrit. Illatoq; in pectus equi Arthuri letifero vulnere: vtrũq; cõcidere coegit: Britones vt prostratum regem viderunt timentes eũ peremptũ esse vix potuerũt retineri quin rupto foedere in Gallos vnanimiter irruerẽt. At dum metam pacis iam egredi meditarentur: erectus est ocyus Arthurus: prætẽtoq; clypeo imminentem sibi Flollonem cito cursu petiuit. Instantes igitur cominus mutuos ictus ingeminant alter neci alterius insistens. Deniq; Flollo inuento aditu percussit Arthurũ in frontem,& nisi collisione cassidis mucronem hebetasset mortiferũ vulnus forsitan intulisset. Manãtẽ ergo sanguine cũ Arthurus loricam & clypeũ rubere vidisset ardentiori ira accẽsus est, atq; erecto totis viribus Caliburno impressit eum per galeam in caput Flollonis: quod in duas partes dissecuit. Quo vulnere cecidit Flollo tellurem calcaneis pulsans & spiritum in auras emisit. Cũq; id per exercitum diuulgatum fuisset concurrunt ciues, apertisq;

Flollo p̃sternit.

Nota Britonũ furiam.

valuis castrorum irruunt ī Gallos: sed Arthurus sedauit eos: qui victoria potitus diuisit exercitum suū in duas partes & vnam. Hoelo duci commisit: præcepitq; illi vt ad expugnandum Guyntardum Pictauēsium ducē iret. Ipse vero cū reliqua parte cæteras prouincias sibi rebelles subiugare contendit.

Guyntardus Arthuro subditur.

Mox vt Hoelus Aquitanniam ingressus est vrbes patrię inuasit Guyntardūq; in pluribus prælijs anxiatū ad deditionē coegit Vasconiam quoq; ferro & flāma depopulans prīcipes eiusdem prouinciæ subiugauit.

Emēsis iterum nouem annis cum totius Gallię partes suæ potestati submisisset venit iterum Arthurus Parrhisiū tenuitq; ibi curiā: vbi conuocato clero & populo statū regni pace & lege confirmauit

Tunc largitus est Beduero pincernæ suo Neustriam quæ nunc Normannia dicitur: Caioq; dapifero Andegauensiū prouinciam. Plures quoq; alias prouincias nobilibus qui in obsequio suo fuerant: deinde pacificatis quibusq; ciuitatibus & populis, incipiente vere in Britanniam reuersus est.

¶Habita victoria de omnib⁹ inimicis suis affectat Arthur⁹ curiā tenere ad quā tot conuocat principes archipræsules atq; pṕsules q̄ nō est eorum nomina facile recitare. Hæc est enim illa curia nobilissima quā vt vulgaris est opinio tabulam rotōdam vulgo nuncupant. Eius aūt rei gratia describitur Legionū vrbs cum eiusdē amœnitatibus circuniacentibus. Omnibus aūt conuocatis atq; cōgregatis diriguntur archipræsules ad palatium vt regem diademate insignirent.

Cap.IIII.

CVm igitur solennitas pentecostes aduenire inciperet post tantum triumphum maxima lætitia fluctuans Arthurus affectauit curiam ilico tenere, regniq; diadema capiti suo imponere. Reges etiam & duces sibi subditos ad ipsam festiuitatem conuocare: vbi & illam venerabiliter celebraret, & inter proceres suos firmissimam pacem renouaret. Indicato autem familiaribus suis quod affectauerat: consilium cœpit de vrbe Legionum: q; illic suum exerceret propositum. In Glamorgantia etenim super Oseam fluuium, non longe a Sabrino mari amœnissimo situ locata præ cæteris ciuitatibus diuitiis abundans: tantæ solennitati apta erat. Ex vna parte namq; prædictum nobile flumen iuxta eam fluebat, per quod transmarini reges & principes qui venturi erant nauigio aduehi poterant. Ex alia vero parte pratis atq; nemoribus vallata regalibus præpollebet palatiis: ita vt aureis tectorum fastigiis Romam imitaretur. Duabus autem eminebat Ecclesiis, quarum vna in honore Iulii martyris erecta, virgineo choro dicatarum puellarum deo perpulchre ornabatur: altera vero in beati Aaron eiusdem socii nomine fundata: canonicorum cõuentu subnixa tertiam metropolitanam sedem Britannię habebat. Præterea gymnasium ducentorum philosophorum habebat: qui astronomia atq; cæteris artibus eruditi cursus stellarum diligenter obseruabant, & prodigia eo tempore ventura regi Arthuro veris argumentis prędicebant. Tot ergo delitiarum copiis pręclara, festiuitati edictæ disponitur. Vniuersitas in Britãnia

¶Dimissis deide ĩ diuersa regna legatis inuitant̃ tã ex Galliis q̃ ex collateralibus insulis oceani q ad curiã venire deberent: venerũt ergo Auguselus rex Albaniæ q̃ nũc Scotia dicit̃: Vrianus rex Murefrensiũ: Caduallo Venedotorũ rex

qui nunc Nortgualenses dicuntur. Sater rex Demetorum id est Sutgualẽsiũ. Cador rex Cornubię: triũ etiã metropolitanarũ sediũ archipræsules Londoniensis videlicet Eboracẽsis necnõ ex vrbe Legionum Dubricius. Hic Britãniæ primas & apostolicę sedis legatus tanta religione clarebat vt quemq; languore grauatũ orationibus suis sanaret. Venerunt nobilium ciuitatum cõsules Morindus cõsul claudiocestriæ: Mauron Guigorensis: Anarãtus Salesberiensis quę Warguith appellatur, Iuligem⁹ ex Legecestria, Cursalemus ex Caicestria Kiminare dux Dorcberniæ: Galluc⁹ salesberiẽsis: Vrbgeni⁹ ex Badõe, Ionatal Chorecestrẽsis: Bosso Ridocensis. i. Oxonofordię. Præter cõsules prædictos venerũt nõ minoris dignitatis heroes. Donãdus map apos Chenes map choil: Peredur⁹ map eridur: Griffud map nogord: Regni map clut: Eidelcim map cledaici: quinq́t map agan Quiminare Gorgiã Map gort: Clop hãt Kuminauẽton: Kinbelliũ map trimat. Chalcu map cates, Kilint map netori. Quorum nomina longum est enarrare. Ex collateralibus etiam insulis Gillomanus rex Hybernię: Maluasi⁹ rex Islandiæ: Doldonius rex Gelãdiæ: Gymnasius Orcadũ rex: Loth rex NorWegię: Acellius rex Dacorũ. Ex trãsmarinis quoq; partibus Holdinus rex Rutenorũ. Leodegari⁹ consul Boloniæ, Beduerus pincerna dux Normãnię: Borel⁹ Cenomanẽsis: Cai⁹ dapifer dux Andegauẽsiũ. Guyntardus Pictauensis: duodeci Galliarũ pares siue reguli quos Guerinus Carnotensis conducebat. Hoelus dux Armoricanorum Britonũ cum pceribus sibi subditis qui tanto apparatu ornamẽtorum mularum & equorum nitebat q̃tũ difficile est describere. Præter hos non remansit princeps alicuius precii citra Hispaniam qui ad istud edictum non veniret: nec mirum, largitas namq; Arthuri per totũ mũdũ diuulgata cunctos in amorem illius illexerat.

Diuus Dubricius suis orõnib⁹ languentes sanabat.

Hoelus dux Armoricanorũ cũ magno apparatu.

¶ Omnibus deniq; in vrbe cõgregatis solennitate instan-

te archipræsules ad palatium ducuntur vt regem diade-
mate regali coronarent. Dubricius ergo quoniam in sua
diœcesi curia tenebatur: paratus ad celebrãdum hui[9] rei
curam suscepit. Rege tandem insignito ad templum Me-
tropolitanæ sedis ornate cõducitur: a dextro & a lęuo late
re duo archipontifices ipsum tenebant. Quatuor autẽ re-
ges, Albanię videlicet atq; Cornubiæ, Demetię & Venedo
ciæ quorũ illud ius fuerat: q̃ quatuor aureos gladios ante ip
sum ferentes præibant. Cõuentus quoq; multimodorum
ordinatorum miris modulationibus pcinebat. Ex alia par
te reginam suis insignibus laureatam archipsules atq; põ-
tifices ad templum dicatarum puellarum conducebant.
Quatuor quoq; prædictorum regum reginæ quatuor al-
bas colũbas de more præferebant. Mulieres autem quæ ad
erant illam cum maximo gaudio sequebantur. Postremo
peracta processione tot organa tot cantus in vtrisq; fiebãt
templis vt præ nimia dulcedine milites qui aderant nesci-
rent quod templorũ prius adirent. Cateruatim ergo nũc
ad hoc nunc ad illud ruebant: nec si totus dies celebratio-
ni deditus esset: tediũ aliq̃d ipsis gñaret. Diuinis tãdem ob
sequiis in vtroq; celebratis rex & regina diademata sua de
ponunt: assumptisq; leuioribus ornamentis ille ad suum
palatium cum viris: hæc ad aliud cum mulieribus epula-
tum incedũt, antiquam namq; consuetudinem Troiæ ser-
uantes Britones: consueuerant mares cum maribus, mu-
lieres cum mulieribus festiuos dies separatim celebrare.

¶Collocatis postmodum cunctis vt singulorum digni
tas expetebat Caius dapifer Herminio ornatus: mille vero
nobilissimis iuuenibus comitatus est: qui omnes Hermi-
nio induti fercula cum ipso ministrabant. Ex alia parte ve
ro Beduerum pincernam totidem vario amicti sequun-
tur: qui in cyphis diuersorum generum multimoda pocu-
la cum ipso distribuebant. In palatio quoq; reginæ innu-

Pompa Arthuri

Quatuor reges

Quatuor enses aureos ante regẽ ferentes.

Britões antiquã Troię cõsuetudinẽ seruãt

merabiles ministri diuersis ornamentis induti obsequium suum præstabant morem suum exercentes: quem si omnino describere pergerem: nimiam historiæ prolixitatem generarem. Ad tantum etenim statum dignitatis Britannia tunc prouecta erat q̄ copia diuitiarum: luxu ornamentorum: facetia incolarum: cætera regna excellebat. Quicunq̄ ergo famosus probitate miles in eadem erat vnius coloris vestibus atq̄ armis vtebatur. Facetę autē mulieres consimilia indumenta habentes nullius amorē habere dignabantur: nisi tertio in militia approbatus esset. Efficiebantur ergo castæ mulieres & milites amore illarū meliores.

Nota mulierū Britānię magnanimitatem.

¶Refectæ tandem epulis diuersi diuersos ludos composituri campos extra ciuitatem adeunt. Mox milites simulacrum prælii ciendo equestrem ludum componunt: mulieres in edito murorum aspicientes in curiales amoris flammas more ioci irritant. Alii telis, alii hasta: alii ponderosorum lapidum iactu: alii saxis: alii aleis: cæterorumq̄ iocorum diuersitate contendentes quod diei restabat postposita lite prætereunt. Quicunq̄ vero ludi sui victoriam adeptus erat ab Arthuro largis muneribꝰ ditabatur. Cōsumptis ergo primis in hunc modum diebus tribus, instante quarto vocantur cuncti qui ipsi propter honores obsequium præstabant, & singuli singulis possessionibus ciuitatibus videlicet atq̄ castellis archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis, cæterisq̄ honoribus dotantur.

¶Dum festiuos dies ageret Arthurus Lucii Romani imperatoris literas accepit: ex quibus quia Britāniā cū circūuicinis insulis & Gallia ipsi senatui eripuisset: grauem sibi vindictā a Romanis paratā esse intelligit: nisi senatui satisfacere disponeret. Super illis cōsulēs Arthurus reges & duces suos bellū cū Romanis gerēdū esse proponit: mandatū Lucii aspernatus. Ad quod dum tempore statuto progrederetur prægrandē gigantē ex Hispania digressum aper-

to duello interimit. Cap.V.


Eatus igitur Dubricius in eremiticam vitam anhelans sese ab archiepali sede deposuit: in cuius locũ sacrat̃ Dauid regis auũculus cuius vita exẽplũ totius bonitatis erat: his quos doctrina imbuerat. In loco vero sancti Samsonis Dolensis acchipræsulis destinat̃ Chelian⁹ illustris p̄sbyter Lõdoniç ãnuẽte Hoelo rege Armoricorũ Britonũ: cui⁹ vita & boni mores virũ commendauerant. Episcopatus vero Silcestriæ Mauganino: Guintoniæ DiWanio decernitur: decernitur quoq; pontificalis infula Aldud Eledemo. Dum hæc iter eos distribueret: ecce duodecim viri maturæ ætatis reuerendi vultus: ramos oliuæ in signum legationis in dextris ferentes moderatis passibus ad regem ingrediuntur: & eo salutato literas ipsi ex parte Lucii Tyberii in hæc verba obtulerunt.

¶Lucius reipublicç procurator Arthuro regi Britãniç q̃d Lucii Ro meruit. Admirans vehementer admiror super tuæ tyrãni mani p dis proteruia. Admiror inquã & iniuriam quam Romç in curator tulisti recolligẽs indignor q̃ extra te egressus eã cognosce ad Ar re diffugias: nec animaduertere festines quid sit iniustis thurum actibus senatum offendisse: cui totum orbem famulatum Britonũ debere non ignoras. Etenim tributum Britanniæ quod regẽ epi tibi senatus reddere præceperat: quia Caius Iulius cçteriq; stola. Romanæ dignitatis viri illud multis temporibus habuerunt: neglecto tanti ordinis imperio detinere præsumpsisti. Eripuisti quoq; illi Galliam: eripuisti Allobrogum prouinciam: eripuisti omnes oceani insulas: quarum reges dũ Romana potestas in illis partibus perualuit, vectigal maioribus nostris reddiderũt. Quia ergo de tãtis iniuriarũ tuarum cumulis senatus reparationem petere decreuit mediã tem Augustum proximi anni terminũ p̄figẽs Romã te venire iubeo: vt dñis tuis satisfaciẽs sentẽtiæ quã eoꝝ dictauerit iustitia acquiescas. Sin aliter ego ipse partes tuas

adibo & quicquid vesania tua reipublicę eripuit eidē mediantibus gladiis restituere conabor. Quę vt in præsentia regum & consulū recitatæ fuerūt: secessit Arthurus cū eis in giganteam turrim quę in introitu erat tractaturus quæ cōtra talia mādata disponi debeant. At dum gradus ascendere īcepissent Cador dux Cornubiæ: vt erat lęti animi in hunc sermonē cū risu coram rege solutus est. hucusq; in timore fuerā ne Britones longa pace quietos ocyum qđ ducūt ignauos faceret: famāq; militiæ qua cæteris gentibus clariores cēsentur in eis omnino deleret. Quippe vbi vsus armorū videtur abesse: alearum vero & mulierum inflammationes, cęteraq; oblectamēta adesse: dubitandū non est: quin qđ erat virtutis: qđ honoris: qđ audaciæ: qđ famæ: ignauia commaculet. Fere nāq; transacti sunt quinq; anni ex quo prędictis delitiis dediti exercitio Martis caruimus. Deus igitur vt nos segnitia liberaret: Romanos in hūc affectum induxit vt in pristinū statum nostram probitatem reducerent. Hæc & his similia illo cum cæteris dicente, venerunt tandem ad Sedilia vbi collocatis singulis: Arthurus illos in hunc modum affatus est.

Cador dux Cornubię ad regem.

Oratio Arthuri ad suos.

Arthur9 ad socios suos.



Onsocii (inquit) aduersitatis & psperitatis quorū probitates hactenus & in dandis cōsiliis, & in militiis agendis expertus sum: adhibete & mouete nunc vnanimiter sensus vestros, & sapienter prouidete quæ super talibus mandatis nobis esse agenda noueritis. Quicquid enī a sapiēte diligēter prouidetur cū ad actū accedit facilius toleratur. Facilius ergo inquietationē Lucilii tolerare poterimus si cōmuni studio pmeditati fuerimus quibus modis eā debilitare instaremus. Quā nō multum timēdā nobis esse existimo: cū ex irrationabili causa exigat.

tributum qd ex Britãnia habere desiderat. Dicit eni ipsũ sibi dare debere quia Iulio Cæsari cæterisq; successoribus suis redditum fuerit: qui dissidio Priscorum Britonũ inuitati cum armata manu in Britãniam applicuerũt: atq; patriam domesticis motibus vacillantem suæ potestati vi & violentia submiserunt. Quia vero hoc modo eam adepti fuerunt vectigal ex ea iniuste ceperunt. Nihil enim qd vi & violentia acquiritur iuste ab ipso possidetur qui violentiã intulit. Irrationabilem ergo causam ptẽdit: qua nos iure sibi tributarios esse arbitratur. Quoniam ergo id qd iniustum est a nobis præsumit exigere: consimili ratione petamus ab illo tributum Romæ: & qui fortior superuenerit ferat qd habere exoptauit. Nã si quia Iulius Cæsar cæteriq; Romani reges Britãniam olim subiugauerunt vectigal nunc debere sibi ex illa reddi decernit: Similiter nunc ego censeo q; Roma mihi tributum reddere debet: quia antecessores mei eam antiquitus obtinuerunt. Belinus etenĩ ille Britonum serenissimus rex vsus auxilio fratris sui, Brẽni videlicet ducis Allobrogum: suspensis in medio foro viginti nobilioribus Romanis: vrbem ceperunt captãq; multis temporibus possederunt. Cõstantinus etiã Helenæ fili9 necnon & Maximianus vterq; mihi cognatione propinqu9 alter post alterum diademate Britanniæ insignitus: thronum Romani Imperii adeptus est. Censetis ne ergo vectigal a Romanis petendum? De Gallia autem siue de collateralibus insulis oceani non est respondendum: cum illas diffugerẽt defendere quando easdem potestati eorum subtrahebamus. Hæc & his similia eo dicente Hoelus rex armoricorum Britonum cæteros præcedere exorsus in hæc verba respondit.

Auctoritas.

Britões mltis tpib9 Romã obtinuerunt.

Hoeli regis minoris Britãniæ respõsio.

Licet vnusquisq; vestrum totus in se reuersus omnia & de omnibus animo tractare valuerit nõ existimo eum præstantius consiliũ posse inuenire q̃

istud qđ modo discretio solertis prudentiæ tuæ recoluit. Prouide etenim prouidit nobis tua deliberatio Tulliano liquore lita. Vnde constantis viri affectum: sapientis animi effectum: optimi consilii profectum laudare indesinenter debemus. Nam si iuxta prædictam rationem Romam ad ire volueris non dubito quin triumpho potiamur: dum libertatem nostram tueamur. dum iuste ab inimicis nostris exigamus qđ a nobis iniuste petere incœperunt. Quicũq; enim sua alteri eripere conatur merito quę sua sunt per eũ quẽ impetit amittit. Quia ergo Romani nostra nobis demere affectant: sua illis procul dubio: auferemus. si authoritas nobis congrediendi præstabitur. En congressus cunctis Britonibus desiderandus. En vaticinia sibyllæ quę veris auguriis testantur: ex Britãnico genere tertio nasciturum qui Romanum obtinebit imperium. De duobus autẽ adimpleta sunt oracula: cum manifestum sit præclaros vt dixisti principes Belinum atq; Constantinum imperii Romani gessisse insignia & imperia. Nunc vero te tertium habemus, cui tantum culmen honoris promittitur. Festina ergo recipere: qđ deus non differt largiri. Festina subiugare qđ vltro vult subiugari. Festina nos omnes exaltare: qui vt exalteris nec vulnera recipere: nec vitam amittere diffugiamus. vt autem hæc perficias decem milibus armatorũ præsentiam tuam comitabor.

Vaticiniũ Sibyllæ de Britonibus.

Exhortatio Hoeli



Vguselus Albaniæ rex: vt Hoelus finem dicendi fecerat: qđ super hac re affectabat in hũc modum manifestare perrexit. Ex quo dominũ meũ ea quæ dixit affectare conieci: tanta lætitia animo meo illapsa est: quantam nequeo in vestra præsentia exprimere. Nihil enim in transactis debellationibus quas tot & tantis regibus ĩtulimus egisse videmur: si Romani & Germani illesi permaneant: nec in illos clades quas olim nostrati

Sentẽtia regis Albaniæ.

bus ingesserunt viriliter vindicemus. At nunc quoniam licentia congrediendi permittitur gaudens admodũ gau deo & desiderio diei quo conueniamus aestuans sitio cruo rem illorum queadmodum fontem si triduo prohiberer ne biberem. O si illam lucem videbo q̃ dulcia erunt vulne ra quę vel recipiam vel inferam: quando dextras cõferem⁹. Ipsa etiam mors dulcis erit: dum eam in vindicando pa tres nostros: in tuendo libertatem nostram: in exaltando regem nostrum perpessus fuero. Aggrediamur ergo semi uiros illos & aggrediendo perstemus vt deuictis ipsis eo rum honoribus cum laeta potiamur victoria. Exercitum autem nostrum duobus milibus armatorum equitum ex ceptis peditibus augebo.

Auguse li regis Albanię magnanimitas.

¶ Postq̃ etiam caeteri ad haec quae dicenda erant dixerunt: promiserunt ei singuli quot in obsequiũ eius debebant: ita vt praeter eos quos promiserat dux Armoricae ex sola insu la Britanniae sexaginta milia omnibus armis armatorum computarentur.

¶ Ad reges caeterarum insularum quoniam nõ duxerant in morem equites habere: pedites quot quisq̧ debebat pro mittunt: ita vt ex sex insulis videlicet Hyberniae Islandiae Gelandiae Orcadum Norwegiae atq̧ Daciae sexies vigiti milia essent annumerata.

Orcades

¶ Ex Galliarum autem ducatibus Rutenorum Portunẽ sium Estrusiensium. Cenomanorũ: Andegauẽsium: Picta uensium: octoginta milia. Ex duodecim autem consulati bus eorum qui cũ Guerino Carnotensi aderant duodecies centum: qui omnes simul erant centum octoginta & tria milia & ducenti praeter pedites qui sub numero non faci le comprahendebantur.

Exercit⁹ Arthuri numer⁹.

¶ Rex igit Arthurus vidẽs oẽs in obsequiũ suũ vnanimi ter paratos praecepit eis celeriter repatriare & exercitũ p missum disponere & in Kalẽdis Augusti ad portũ Barbę

fluuii festinare vt illinc Allobrogum fines cũ ipso adituri Romanis obuiam venirent. Imperatoribus autem per eorũdem legatos mandauit se nequaq̃ eis redditurũ tributũ nec ob illud vt sententiæ eorum acquiesceret Romã aditurum: imo vt ex illis expeteret quod ab illo iudicio suo expetere decreuerant. Disgrediuntur ergo legati: disgrediũtur reges: disgrediuntur proceres: & qđ eis præceptum fuerat perficere non differunt.

Lucius oriẽtales reges cõtra Britones conuocat.


Vcius ergo Tyberius agnito huius responsi edicto iussu senatus orientalibus edixit regibus: vt parato exercitu secũ ad subiugandã Britanniam venirẽt. Cõuenerũt ocyus Epistrephus rex Græcoꝝ: Mustẽsar rex Parthorũ: Alifatina rex Hispaniæ: Hirtacus rex Aphricanorũ: Boetus Medorũ. Sextorius Libyæ: Teucer rex Phrygię: Xerses rex Itureorũ: Pandrasus rex Aegypti: Misipsa rex Babyloniæ: Politetes dux Bythiniæ: Teucer dux Phrygiæ: Euander Syriæ: Aethion Boetiæ: Hippolytus Cretæ: cũ ducibus & proceribus sibi subditis. Ex senatorio quoq; ordine Lucius Catellus: Mariꝰ Lepidus: Caius Metellus Octa. Quintus Miluius Catulus: Quintus Canutius: tot etiã alii ꝙ inter totum quadringẽta sexaginta milia: & cẽtũ cõputati fuerũt. Dispositis itaq; quibusq; necessariis incipiẽtibus Kalendis Augusti iter versus Britãniam arripiũt. Cõꝑto igitur aduentu ipsorũ Arthurus Modredo nepoti suo cõseruandã Britanniã atq; Gahumaræ reginę cõmittẽs cũ exercitu suo portũ Hamonis adiuit vbi tẽpestiuo ventorũ afflatu mare ingressus est: dũ autem innumeris nauibus circũseptus prospero cursu & cũ gaudio altũ secaret quasi media hora noctis instãte grauissimꝰ somnus eũ intercepit. Sopitus enim per somnũ vidit vrsum quẽdã in aere volantẽ cuius murmure tota littora intremebant. Terribilem quoq; draconem ab occidente aduolare, qui splendore oculorũ suorũ patriam illuminabat.

Noĩa prĩcipũ qui cũ Romanis ĩ Britãnã venerunt.

Alterum vero alteri occurrentẽ miram pugnã committere sed præfatũ draconẽ, vrsũ sæpius irruentẽ ignito anhelitu cõburere: combustũq; in terrã pſternere. Expgefactus ergo Arthurus astãtibus qđ somniauerat indicauit. q exponẽtes dicebãt draconẽ ipm significare: vrsũ vero aliquẽ gygãtem: qui cũ ipso congrederet: pugnã aũt eorum ptendere bellũ qđ inter ipos futurũ erat: victoriã aũt draconis illam quę ipi pueniret. At arthur9 aliud cõiectabat existimãs ob se & imperatorem talem visionẽ cõtigisse. Rubente tãdem post cursum noctis aurora in portũ Barbæ fluuii applicuerunt. Mox tentoria sua figentes expectauerunt eodem insulanos reges & cõprouincialiũ puinciarũ duces vẽturos.

Neptis hoeli a gygante rapitur.

Interea nunciatur Arthuro quendã miræ magnitudinis gygantẽ ex ptibus hispaniarum aduenisse & Helenã neptẽ ducis Hoeli custodib9 eiusdẽ eripuisse & i cacumen mõtis q nũc michaelis dicit cũ illa diffugisse: milites vero patriæ insequutos nihil aduersus eum profecisse: nã siue mari siue terra illũ inuadebãt aut eorum naues ingentibus saxis obruebat: aut diuersorũ generũ telis interimebat. Sed & plures capiebat quos semiuiuos deuorabat. Nocte ergo sequẽti in secũda hora assumpto Caio dapifero & Beduero pincerna clã cæteris tentoria egressus viam montẽ versus arripuit. Tanta nãq; virtute præualendo negligebat contra talia monstra exercitũ ducere: cum & ipsos hoc modo animaret & solus ad illa destruenda sufficeret. Vt igitur prope montem venerunt aspexerunt quẽdã rogum super eum ardentem: aliũ vero sup minorẽ qui non longe ab altero distabat. Dubitantes illico super quem eorũ habitaret gygas: Beduerum dirigunt vt rei certitudinem exploret. At ille inuenta quadam nauicula prius ad minorem nauigauit: quem aliter nequibat adire qm intra mare situs erat. Cuius cum cacumen incepisset ascendere audito desuper fœmineo vlulatu primo inhorruit: quia dubita-

Bedue-rus mit-tit ab ar-turo ex-ploratu-r9 de gy-gãte hisp-pano

bat monstrũ illud adesse. Reuocata ocyus audacia gladiũ euaginauit & ascẽso culmine nihil aliud reperit praeter rogũ quẽ ꝓspexerat. Inspexit quoqꝫ tumulũ recenter factum & iuxta eũ quãdã anũ flentẽ & eiulantẽ. Quae vt eum conspexit cõfestim fletu ĩpediẽte in hunc modũ est ꝓfata. O infelix homo quod infortunium te in hũc locum subuectat? O ĩenarrabiles mortis poenas passure: miseret me tui: miseret: quia tam detestabile mõstrum florẽ iuuentutis tuae in hac nocte cõsumet. Aderit nãqꝫ sceleratissimus ille inuisi nõis gygas qui neptem ducis quã mõ hic intumulaui & me altricem illius in hũc mõtẽ aduexit. Qui iaudito mortis genere te absqꝫ cunctamine afficiet. Proh tristia fata: serenissima alũna recepto intra tenerrimũ pectus timore dũ eam nephandus ille amplecteret vitã diuturnioréqꝫ lucẽ finiuit. Vt igitur illam quae erat mihi alter spũs, altera vita, altera dulcedo: iocũditatis foedus coitu suo deturpare nequiuit: detestanda venere succensus mihi inuitae deum & senectutem meam testor vim & violentiã ingessit. Fuge dilecte mi: fuge: ne si more suo mecum coitur⁹ aduenerit: te hoc modo repertum miserabili caede dilaniet. At ille q̃tum humanae naturae possibile est cõmotus eã amicis sedauit verbis & ꝓmisso festinantis auxilii solamine ad Arthurũ reuersus est & oĩa quae inuenerat indicauit. Arthurus aũt casum ingemiscẽs puellae praecepit eis vt sibi soli illũ inuadere permitterẽt. Sed si necessitas accideret in auxilium ꝓcedentes viriliter aggrederentur. Direxerunt inde ad maiorem montem & equos suos armigeris cõmiserũt & cũ Arthuro praecedente ascenderunt. Aderat autem ĩhumanus ille ad ignem illitus ora tabo semesorum porcorum quos ꝑtim deuorauerat: partim vero verubus ĩfixos suppositis prunis torrebat. Mox vt illos nihil tale praemeditatus aspexit festinauit clauam suam sumere quam duo iuuenes vix a terra erigerent. Euaginauit ergo rex gladiũ

suum & praeteso clypeo quantum velocitas sinebat properabat eum praepedire anteque clauam cepisset. At ille non ignarus meditationis iam ceperat eam. regemque interposito clypeo tanto percussit conamine: quod sonitu ictus & tota littora repleuit & aures eiusdem vltra modum hebetauit. Arthurus vero acri ignescens ira erecto in frontem ipsius ense vulnus intulit tamen etsi non mortale, vnde tamen sanguis in faciem & oculos eius profluens eiusdem excaecauit aciem. Interposuerat namque clauam ictui & frontem suam a letali vulnere munierat. Excaecatus autem profluente sanguine acrior insurgit & velut aper per venabulum in venatorem ita irruit per gladium in regem & complectendo eum per medium coegit eum genua humi flectere. Arthurus itaque reuocata virtute ocyus elabitur: & celeriter nunc hic nunc illinc nephandum gladio deuerberat: nec requeuit donec letali vulnere illato totum mucronem capiti impressit qua cerebrum testa protegebatur. Exclamauit vero inuisus ille & velut quercus ventorum viribus eradicata cum maximo sonitu corruit. Rex ilico in risum solutus: praecepit Beduero amputare ei caput & dare vni armigerorum ad deferendum ad castra: vt spectaculum intuentibus fieret. Praecepit intuentibus fieri silentium: dicebat autem se non inuenisse alium tantae virtutis postquam Rithonem gygantem in aramo monte interfecit qui eum ad praelium inuitauerat. Hic namque ex barbis regum quos pemerat fecerat sibi pelles & mandauerat Arthuro vt barbam suam diligenter excoriaret: excoriatam sibi dirigeret & quemadmodum ipse ceteris perat regibus: ita quoque in honorem eius caeteris barbis ipsam supponeret. Sin aliter prouocabat eum ad praelium: & qui fortior superuenisset pelles & barbam deuicti tulisset. Inito itaque certamine triumphauit Arthurus & barbam alterius cepit & spolium & postea nulli fortiori isto obuiauerat: vt superius asserebat. Victoria igitur vt praedictum est potitus in secundo noctis diluculo ad tentoria sua remeauerunt cum capite ad quod admirantes cateruatim concurrebant ei ascribentes laudes qui patriam a tanta ingluuie liberauerat.

Gygantis caedes.

Rithon caeditur.

At Hoelus ob casum suæ neptis tristis pcepit ędificare basilicam super corpus ipsius in monte quo iacebat qui nomē ex tumulo puellæ nactus tumba helenæ vsq; in hodiernū diem vocatur.

¶ Congregato exercitu prope locū i quo impatorem esse putabat castrametat⁹ est Arthurus. Misit inde legatos ad imperatorem qui romanos intra castra ad insequēdum lacesserunt: vincunt legati insequentes romanos & regi captiuos pręsentantes. postridie illius diei captiuos illos deuictis iterum insidiantibus romanis parrhisios destinarunt. Videns Lucius suos in deteriorem partem incidisse: deliberat non sine amplioribus copiis cum britannis præliari. Arthurus tamen turmas ad locum p quē romani erant transituri conferens suos milites animosa oratione ad certādum animauit.

Cap. VI.



Congregatis autem cunctis quos expectauerat Arthur⁹ illinc Augustodunū progreditur vbi imperatorem esse existimabat. Vt autem ad Albam fluuium venit annunciatum est ei illū castra sua nō longe posuisse: & tanto incedere exercitu quanto vt aiebant resistere nequiret. Nec idcirco perterrit⁹ Arthur⁹ cœptis suis desistere voluit, sed super ripam fluuii castra sua metatus est, vnde posset exercitū suum libere conducere: & si opus esset sese intra ea recipere. Duos autem cōsules Bosonem de vadobosū & Guerinū carnotēsem: Galganū etiā nepotem suū Lucio tyberio direxit: vt suggererent ei quatinus recederet finibus galliæ aut in postero die ad experiendum veniret: vter eorum maius ius in galliā haberet. Iuuentus ergo curiæ maximo gaudio fluctuans cœpit instimulare Galganū vt intra castra imperatoris inciperet quo occasiōem haberent congrediendi cum romanis. Perrexerunt illi ad Lucium & præceperūt illi a gallia recedere aut in postero die ad pugnandum venire. At dum responderet eis q; non de.

Duos cōsules cū galgano nepote suo mittit arturus ad Lucium

beret recedere: immo ad regendã illam accedere. Interfuit Caius quintilian⁹ eiusdem nepos qui dicebat Britones magis iactantia atq; minis abundare q̃ audacia & probitate valere. Iratus ilico Galganus stricto ense quo accinct⁹ erat irruit in eum & eiusdem capite amputato ad equos cum sociis digreditur. Insequuntur romani partim pede partim equis vt conciuem suum in legatos omni nisu diffugientes vindicarent. ❡ At Guerinus carnotensis dum quidã eorum ipsum attingere inciperet ex improuiso reuersus direxit lanceam suam atq; per arma ipsum & per medium corpus perforatum humi prostrauit. Inuidit ergo Boso de vadoboum quoniam tantam probitatem fecisset carnotẽsis: & retorquens equum suum cui primo obuiauit ingessit illi lanceam intra gulam & letaliter vulneratum coegit caballum deserere quo eum insequebatur. Interea Marcellus Mutius maximo affectu volens Quintilianum vindicare Galgano iam imminebat a tergo atq; cœperat retinere: cum ipse reuersus continuo galeam cum ipso capite vsq; ad pectus gladio quem tenebat abscidit. Præcepit etiã ei galganus quem intra castra trucidauerat in infernũ annunciare britones minis & iactantia hoc modo abundare. Sociis deinde resociatis hortat̃ vt pari impetu reuersi quisq; suum prosternere laboraret. Acquiescentes ergo ei reuertuntur: & quisq; vnum prosternit. At romani vsq; insequẽtes lanceis quandoq;: quandoq; gladiis percutiebãt eos: sed nec retinere nec prosternere valebant. Dum aũt prope quãdam siluam: vt dictum est, insequerentur: confestim congrediuntur circiter sex milia britonum qui fugam consulis experti intra eam delituerant: vt eis auxilium subuectarent. Egressi autem suffixere calcaria equis suis: & aera clamore complentes & clypeos pectoribus prætẽdẽtes Romanos ex improuiso inuadunt: & confestim in fugam propellunt. Sed vnanimiter insequẽtes quosdã eorum ab equis suis: cũ

Galganus qnti liani caput ãputat.

pugna

Quibus minis & q̃ iactãtia abũdẽt britones

lanceis seiungunt: quosdam autem retinent: quosdam in-
terficiunt. Quod cum Petreio senatori nunciatum est de
cem milib9 comitatus subuenire sociis suis festinauit: coe
gitq; britones ad siluam ex qua egressi fuerant recurrere
nec sine detrimento suorum. diffugiẽdo etenim britones
reuertebantur instructi locis atq; insequentibus stragem
ingerebant maximam. Quibus hoc modo cedẽtibus: Hi
derus cum quinq; armatorũ milib9 accelerabat vt eisdem
subueniret. Resistunt ergo ipsi & quibus terga pauloante
dederant pectora nunc opponentes validos ictus viriliter
inferre elaborant. Resistunt etiam romani & eos proster-
nunt: quandoq; vero ab illis prosternunt. At Britones to
to affectu desiderabant militiam. Sed nec multum cura-
bant in quem euentum inciderent dum eam incipiebant
Romani autem sapiẽtius agebãt quos Petreius Cotta mo
re boni ducis nunc ad inuadendum nũc ad diffugiendum
sapienter edocebat: & ita maximũ damnum cæteris impẽ
debat: quod cũ Bosoni cõpertum esset plures eorum quos
audaciores nouerat seiũxit a cæteris & hoc modo affatus
est. qm̃ nesciente Arthuro istud prælíũ incepim9: cauẽdũ
nobis est: ne in peiorem partem incepti nostri decidamus
Nã si in illam deciderimus & maximũ dãnũ militũ nostro
rum incurremus & regẽ nostrũ ad execrãdũ nos cõmoue
bimus. Resumite audaciam: & sequimini me per cateruas
romanorũ: vt si fortuna fauerit; Petreiũ interficiam9 siue
capiamus. Subduxerũt itaq; calcaria equis suis & cuneos
hostiũ pari ĩpetu penetrãtes ad locum quo Petrei9 socios
suos cõmonebat venerũt: in quẽ ocyus Boso irruens eun
dem per collum amplectit̃ & sicut præmeditatus fuerat
cũ illo in terram corruit. Concurrũt ergo romani: vt eum
hostibus eripiant, Concurrerũt autem Britones: vt Boso
ni auxiliẽtur. Fit itaq; inter eos maxima cædes: fit clamor,
fit turbatio: dum hi ducẽ suũ liberare: illi eum detinere co-

nantur. Inuicem ergo vulnerabant & vulnerabantur: p sternebāt & psternebant. Illic itaq; videri poterat quis hasta quis gladio quis telo præualebat. Deniq; britones densata caterua incedētes: impetūq; romanorum ferentes sese intra fortitudinem prælii sui cum Petreio recipiūt. Sed cōfestim impetum fecerunt in illos iam rectore suo orbatos iam in maiori parte debilitatos: iam etiā dilapsos atq; terga eisdē ostendentes. Incūbētes igitur, ipsos a tergo cædūt cæsos psternūt: pstratos dispoliāt: dispoliatos ptereunt: vt cæteros īsequant. Sed & plures capiūt quos regi pntare affectāt. Postremo postq̄ satis piculi ipsis īgesserāt remeauerūt cū spoliis & captiuis ad castra indicātes qd sibi cōtigerat. Petreiū Cottā & cetos captiuos Arthuro cū victoriæ lætitia obtulerūt. Quib⁹ ille cōgratulās & honores & honorū augmētatiōes pmisit: qm̄ eo absēte tātā pbitatē egerant. Captiuos aūt i carcerē trudere volens ad se vocauit quosdā q eos ī crastinū parrhisios ducerēt: & custodib⁹ oppidi seruādos traderent donec ex illis aliud fieri pcepisset Iussit etiā Cadorē ducē: Beduerūq; pīcernā: necnō & duos cōsules Borellū & Ritheriū cū famulis suis ipos cōducere donec venirēt eo quo minime disturbationē romanorū timeāt. At romani forte subolentes istū apparatū imperatore iubente elegerūt quindecim milia suorū qui nocte illa iter eorū præcederent: atq; cū ipsis cōgressuri suos liberare instarēt. Ipsis quoq; pfecerūt Vulteiū Catellū & Quintū Carutiū senatores: Euādrū etiā regē syriæ & Sertoriū libyæ regem: qui nocte illa cū prædictis milibus iussum iter arripuerunt & locū latibulis cōuenientē adepti delituerūt p quē ipos ituros arbitrabāt. Mane aūt britōes viam ineunt cum captiuis: & iam ppe locum incedunt: nescii quos dolos versuti hostes instituerāt. Cū vero penetrare incepissent: egressi ex improuiso romani ipsos nihil tale pmeditātes occupauerunt: & penetrauerūt. At illi tāetsi

Petreiū cottā cū multis aliis captiuis arthuro offerūt legati.

ex improuiso occupati fuissent: tandem tamen resociati viriliter resistunt: & quosdam circa captiuos statuunt: quosdam aūt per cateruas distribuunt qui cū hostibus congrediantur. Agmini aūt illi qđ ad cōseruandos statuerāt captiuos: Richeriū & Beduerū prefecerūt. Cadorem vero ducē cornubiæ atq̧ Borellū cæteris preponūt: sed romani oīes sine ordine eruperant nec curabāt suos per turmas disponere immo omni nisu præstantes britonibus stragem dabant: dū turmas disponere dū semetipsos defendere elaborarent. Vnde vltra modū debilitati illos quos conducebant turpiter amisissent nisi fortuna optatum auxiliū eis accelerasset. Guithardus etenī dux pictauensiū cōperto dolo cum trib⁹ milibus aduenerat cuius freti auxilio tandem p̄ualuerunt: & vicem p̄dictæ stragis impudentibus grassatoribus reddidere: & tamen multos suorū in primo cōgressu amiserunt. Amiserūt etenī inclytū illū cenomānorū cōsulē Borellum qui dum cū Euādro rege syriæ congrederet̄ lancea ipsius intra gulam infixa vitā cum sanguine eructauit. Amiserunt quoq̧ quattuor p̄ceres Hirelgā de penanrun. Mauricium cadorcauēsem: Alidut de tringagol & filium Hider quib⁹ audaciores non faciliter reperiri poterunt: nec tamen audaciæ suæ desistentes sibi desperauerunt: sed omni nisu instātes & captiuos custodire & inimicos prosternere intendebant. Romani tandem congressum eorum ferre non valentes ocyus relinquere campum & castra sua petere cœperūt. At britones vsq̧ insequentes stragem inferunt: complures capiunt: nec requieuerunt donec Vulteio Catello & Euandro rege syriæ peremptis cæteros penitus dissipauerūt. Habita igitur victoria captiuos quos ducebant miserunt Parrhisios: atq̧ cum illis quos recenter ceperant: ad regem suum repedantes spem summæ victoriæ promittebant cum admodum pauci de tot superuenientibus hostibus triumphum habuissent.

Britoēs q̃ttuor nobiles in bello amittūt

Romani iuasores cāpū deserunt.

LVcius autem tyberius tales casus moleste ferens animum suum diuersis cruciatibus vexatum nunc huc nunc illuc reuoluit: hęsitando an cœpta prælia cũ Arthuro cõmittat an intra Augustodunũ receptus auxilium Leonis imperatoris expectet. Acquiescens tandẽ formidini nocte sequenti prædictam ciuitatem aditurus Leugrias cum exercitib⁹ suis ingreditur. Quod vt Arthuro compertum est: affectans iter eius præcedere eadem nocte relicta a leua, ciuitate, quandam vallem quam Lucius transgressurus erat ingreditur quæ Suesia vocabatur. Cõmilitones ergo suos per cateruas disponere volens legionẽ vnam cui præfecerat Morindũ consulem Claudiocestriæ iussit adesse: vt si opus accidisset sciret quo posset sese recipere & resociatis turmis iterum hostibus prælia ingerere. Cæteros etiam per cateruas septenas distribuens & in vnaquaq; caterua quinquies mille quingentos & quinquaginta quinq; viros omnibus armis instructos collocauit. Pars quoq; statutarum turmarum disponitur equestris: pars autem altera pedestris: daturq; tale præceptum inter eos vt dum pedestris turma ad inuadendum intendat: equestris illico ab obliquo superueniens stricto agmine dissipare hostes nitatur. Erant autem pedestres cateruæ britannico more cum dextro & sinistro cornu in quadrum statutę quarum vni Auguselus rex albaniæ & Cador dux cornubiæ vnus in dextro cornu & alter in sinistro præficiuntur. Alii vero duo insignes consules Guerinus videlicet carnotẽsis & Boso de richiden quæ lingua saxonum oxenforum nuncupatur. Tertiæ vero turmæ Achilles rex dacorum atq; Loth rex Norwegẽsium. Quartæ Hoelus dux armoricorum atq; Galganus nepos regis. Post has autem fuerunt quattuor aliæ a Droso statutæ quarum vni præponitur Caius dapifer & Beduer⁹ pincerna. Alii autem prę ficiuntur Holdinus dux rutenorum: & Guytardus dux

pictauensium. Tertiæ Vigenis de Legestria & Ionathal dorecestrẽsis atq; Cursale de calestria. Quartæ vero Vrbgenius de badone. ¶ Ipse quoq; elegit post hos sibi & legioni vni quantum sibi adesse affectauerat locum quendã quo aureum draconem infixit quem pro vexillo habebat quo vulnerati & fatigati si necessitas compelleret quasi ad castra diffugerent. Aderant autem in legione illa quã secum habebat: Sex milia sexcenti & sexaginta sex.

¶ Oratio seu Concio Arthuri ad milites ac ductores eorum: in qua cohortatur eos vt pristinæ virtutis memores fere partam non deserant victoriam.

Dispositis itaq; cunctis, commilitones suos in hęc verba affatur. Domestici mei qui Britãniã terdenorum regnorum fecistis dominam: vestræ cõgratulor ꝓbitati: quã nullatenus deficere imo magis vigere considero: licet quinq; annis inexercitati oblectamentis ocii potius q̃ vsui militiæ dediti fuistis: hactenus nequaq̃ tamen ab innata virtute degenerastis: sed in ipsa perseuerantes romanos propulistis in fugam: qui instimulante superbia sua libertatem vobis demere affectauerũt. Qui ampliori numero incedentes ingerere prælia cœperunt. qui congressui vestro resistere non valentes: sese turpiter intra ciuitatem istam receperunt. Ex qua ad præsẽs egressuris: & per istam vallem Augustodunũ petituris obuiã poteritis adesse: & nihil tale præmeditatos veluti pecudes vi occupare. Sane orientalium gentium segnitiam: in vobis esse existimabant: dum patriam vestram facere tributariã & vosmetipsos subiugare affectarent. Nũquid nouerunt quæ bella Dacis atq; norwegensibus gallorũq; ducib⁹ intulistis: quos meæ subdidistis potestati: &

ab eorū pudendo dn̄io liberauistis! Qui igitur in grauiori decertatiōe valuistis: in hac leuiori sine dubio præualebitis. Quantos honores quisq; vestrum possidebit: si voluntati meæ atq; præceptis meis nunc fideles commilitones acquieueritis! Subiugatis etenim ipsis Romam petemus: si pari affectu semiuiros illos elaborabitis opprimere: petitam capiemus, captam possidebimus: & sic aurum argentum: palatia: turres: oppida: ciuitates & cæteras victorum diuitias habebitis. ¶ Adhuc autē ipso dicente talia, omnes vno clamore assentisit: parati mortem prius recipere q̄ viuente ipso: captum diffugiendo relinquere.

AT Lucius Tiberius cōperiens insidias quæ ipsi parabant noluit vt affectauerat diffugere: sed reuocata audacia ipsos in eandē vallem aditurus duces suos conuocauit: atq; his verbis allocutus est.

¶ Oratio Lucii Tyberii ad milites militumq; duces: qua eos ex veteri more antiquæ solitæq; virtutis admonet.

PAtres proceresq; cum primis venerādi: quorum ditioni atq; impio & orientalia & occidentalia regna subiici debuerāt: maiorū nostrorū memores estote: qui vt aduersarios reipublicæ superarēt: nō exhorrebant effundere sanguinem suum: sed exemplum probitatis & militiæ posteris suis relinquentes: ita decertabant acsi in prælio deus aliquis promisisset eos non morituros. Triumphabāt ergo sæpius & triumphando mortem euadebant: quia nulli erat alia prouidētia q̄ quæ ex prouidentia dei descendebat: & sua cuiq; virtus p̄sidio erat. Augebatur itaq; respublica: augebatur eorundem probitas: & quod honestatis, quod honoris, quod largitatis in gene-

rosis esse solebat in eis diutius vigens: ipsos & ipsorum posteros in dominiū totius orbis ꝑmouebat. Id igit̃ ī vobis excitare desiderās hortor vos vt pristinā bonitatē reuocetis atq; in eadē perstātes iimicos vestros in valle q̄ nobis insidiant̃ petētes qd̄ vestrum est ab illis exigere cōtēdatis. ne existimetis me idcirco intra ciuitatē hanc receptū esse vt vel eos vel eorū cōgressum obhorruerim. imo arbitrans q; nos stulte insequerentur: & vt persequētibus ex improuiso obuiaremus atq; ipsos segregatim irruētes magna strage infestaremus. Nunc autem qm̄ aliter q̄ rati eramus fecerunt: & nos aliter faciamus: petamus etenī illos & audacter inuadamus: vel si conualuerint vnanimiter resistamus & impetum primum toleremus & sic proculdubio triūphabimus. In pluribus etenim decertationibus qui in primo congressu perstare potuit cū victoria sæpissime abiuit. Vt his itaq; & pluribus aliis finē dicendi fecit: omnes vno assensu fauentes sociasq; manus iureiurando promittentes ad armandum sese festināt. Armati tandem Leugrias egrediuntur atq; prædictam vallē adierunt: vbi Arthurus cateruas suas statuerat. Porro & illi duodecim cuneata agmina atq; omnia pedestria fecerūt quæ romano more ad modum cunei ordinata sex milia militum sexcentos sexaginta sex exercitum suum disponentes continebant. Sed & vnicuiq; suos ductores dederunt: vt monitu eorum & inuaderent & cæteris irruentibus resisterent. Vni etenim præfecerūt Lucium Catellum senatorem: & Alephancinum regem hispaniæ. Alii vero Hircarium regem parthorum & Marium Lepidum senatorē. Tertio Boceum regē medorum. & Caium Metellum senatorem. Quarto Sertorium regem libyæ: & Quītum melium senatorem. Hæc quattuor agmina in prima acie statuta fuerūt. Post ipsa alia quattuor a dorso quorū vni xerxem regē Itureorū ꝑfecerūt: alii vero Pādrasū regē egypti: tertio Politetē ducē phrygiæ: q̄rto Teucrū ducē bithyniæ. Post hęc

quoq; alia quattuor agmia & cuidam illorũ dederũt Quintum Carucium senatorẽ: alii aũt Læliũ hostiẽsem: tertio Sulpitiũ subuculũ: quarto Mauriciũ siluanũ. Ipse aũt inter eos nunc hac nunc illac incedebat suggerendo & docendo qualiter sese haberent. In medio etiam auream aquilam quam pro vexillo duxerat: iussit firmiter poni: & quoscũq; casus segregasset submonuit vt ad eam reuerti conarentur.

Pugna crudelissima.

Postq̃ autem in diuersa parte hinc britones illinc romani erectis steterunt telis: confestim (audito classicorũ sonitu) agmen illud cui rex hispaniæ & Lucius Catellus præerãt: in cateruam illã quam rex scotię & dux cornubiæ ducebant audacter irruit: sed illam stricte irruentem nequaq̃ disgregare potuit. Cui itaq; sæuissime inuadenti occurrit caterua quam Guerinus & Boso regebant: & dum alia, vt prædictum est, resisteret: subito cursu equorum impetum in eandem fecit: & illa penetrata obuiauit agmini quod rex parthorum ducebat contra turmã Achillis regis dacorũ. Nec mora, occurrũt hinc & illinc cateruæ & mutuo sese penetrantes maximam pugnam lacessunt. Fit itaq; miseranda cædes inter eos cum supremo clamore & terram vertice & calcaneis pulsantes vitam in vtraq; parte cum sanguine eructant. Sed prius damnum britonibus illatum est: quia Beduerus pincerna peremptus fuit: Caius dapifer letaliter vulneratus. Nam cum Beduerus Boceo medorum regi obuiaret lancea eiusdem confossus inter hostiles cateruas peremptus corruit. Caius autem dapifer dum ipsum vindicare conaretur intra medorum turmas circundatus mortiferum vulnus recepit, qui tamen more boni militis cum turma quam ducebat viam aperiens cæsis & dissipatis medis sese intra suos integra caterua recepisset: nisi obuiam venisset agmini regis libyæ; cuius irruptio illos quos ducebat omnes disgregauit:

Bedue r⁹ pimit. Cai⁹ dapifer letaliter vulneratur.

vterq; tamen cũ paucis retrocedens ad aureũ diffugit dra conem cũ corpore Bedueri. O quãta lamẽta neustriensiũ dum corpus sui ducis tot vulneribus dilaniatũ aspicerẽt. O quãtos andegauensiũ planctus dũ Caii cõsulis vulnera pluribus modis tractarẽt. sed nõ opus erat q̃rela: quia vndiq; sanguinolentæ acies mutuo irruentes non permittebant eis spatiũ p̃dicti gemitus exercẽdi cum poti⁹ tẽporũ cõditiões euidẽter ipos ad defendẽdũ sese coegissẽt. In his tãtis calamitatib⁹ Hirelgas nepos Bedueri iterfecti vltra modum ob mortem ipsius cõmotus trecentos suorum associauit sibi: & velut aper intra turmas canum sic per hostiles turmas subito cursu equorum locum vbi vexillum regis medorum aspexerat petiuit: parum excogitans quid sibi contingere posset dum auunculum suum vindicaret. Adeptus tandem locum quem affectauerat prædictũ regem pemit pemptũq; ad socios suos deportauit deportatũq; iuxta corpus pincernæ oĩno dilaniauit. Deĩde maxio clamore cõciuium suorum turmas hortabatur in hostes irruere: crebrisq; irruptionibus infestare dũ eis virtus recenter feruebat: dum illis formidolosis pectus tremebat: dum cõminus eminentes sapientius q̃ cæteri per catervas dispositi essent: atq; crudelius damnum ingerere sæpius valuissent. Animati igitur hortamine illius impetum in hostes vndiq; fecerunt: quo maxima strages vtriq; facta fuit. In parte namq; romanorum exceptis innumerabilibus aliis: Alephantina rex hispaniæ & Micipsa Babyloniensis. Quintus quoq; miluius & Marius lepidus senatores corruerunt. Corruerunt etiam in parte britonũ holdinus rex rutenorum & Leodegarius colonensis: tres etiam consules Britanniæ. Cursal Kaercestrẽsis: Gualanc salesberiensis & Vrbgẽnius de badone. Vnde turmæ quas cõducebãt vltra modũ debilitatæ retrocesserunt donec venerunt ad aciem armoricorum britonum: quam Hoelus

Corruũt Romãi.

Corruunt & britones

& Galganus conducebant: quæ itaq; velut flamma igne scens impetum fecit in hostes & reuocatis illis qui retro cesserāt illos qui paulo ante sequebātur diffugere coegit sed & vsq; insequens nunc ipsos diffugientes prosternit: nunc interficit: nec stragem ingerere cessat donec ad turmam imperatoris venit: qui visa sociorum calamitate properat ipsis succursum præstare. Inito itaq; congressu debilitantur britones Kimartotus siquidem consul trigeriæ necnon & duo milia cum eo corruerunt. Britoēs corruunt.

¶ Corruerūt & tres inclyti proceres Richomarcus & Bloconius atq; laguinus de bodlaono qui si principes fuissent regnorum ob tantam probitatem quam habebant ventura ætas eorum famam celebraret.

¶ Nam & dum prædictum impetum cum Hoelo & Galgano facerent non euadebat hostis cui imminebant quin ei vitam vel gladio vel lancea eripuissent. Sed postq̄ intra aciem Lucii ventum fuit vndiq; a romanis circumsepti cum prædicto consule & prædictis militibus ceciderunt.

Hoelus ergo & Galganus quibus meliores præterita secula non genuerunt comperta strage suorum acriores instīterunt: & nūc hac nūc illac vnus ex vna parte alter ex altera discurrentes cuneum imperatoris infestabant. At Galganus semper recenti virtute exæstuās nitebatur vt aditum congrediendi cum Lucio haberet: nitendo vt audacissimus miles irruebat: irruendo hostes prosternebat: prosternendo cædebat.

¶ Hoelus quoq; non inferior illo ex alia parte fulminabat: Socios etiam suos hortabatur. inimicos feriebat eorumq; ictus haud timidus recipiebat: nec vlla hora deficiebat quin sæpissime & percuteretur & percuteret: non facile diffiniri poterat vter eorum alterum excederet.

Porro Galganus turmas vt prædictū est inuadens inuenit tandem aditum quem optabat: & in imperatorem irruit & cum illo congressus est. At lucius prima iuuentute florens multum audaciæ: multū vigoris multumq; probitatis habebat: nihilq; magis desiderabat q̄ congredi cum milite tali qui ipsum cogeret experiri q̄tum in militia valeret. Resistens itaq; Galgano congressum eius inire lætatur & gloriatur quia tātā famā de eo audierat. cō misso diutius inter se prælio dant ictus validos & clypeos ictibus prætendendo vterq; neci alterius imminere elaborabat. Dum autem acrius in hunc modū decertarent: ecce romani subito vires recuperātes impetū ī armoricos faciūt & imperatori suo subuenientes Hoelū & Galganū cū suis turmis cædēdo pepulerūt donec Arthuro obuiā & eiusdē agmini ex improuiso venierunt: ipse etenim audita suorū strage quæ pauloante eisdem dabatur, cum legione irruebat & abstracto Caliburno gladio optimo excelsa voce atq; verbis commilitones suos animabat: inquiens. Quid facitis viri vt quid muliebres permittitis illesos abire! ne abscedat vllus viuus. Mementote dextrarū vestrarū quæ tot præliis exercitatæ terdena regna potestati meæ subdiderunt. Mementote auorū vestroꝶ quos romani dū fortiores erant nūc q̄ tributarios fecerunt. Mementote libertatis vestræ quā semiuiri isti & vobis debiliores demere affectant. Ne abeat vllus viuus, ne abeat: quid facitis! Hæc & plura alia vociferādo irruebat in hostes: prosternebat: cædebat: & cuicunq; obuiabat aut ipsum aut ipsius equum vno ictu interficiebat Diffugiebant ergo ipsum velut pecudes ferocem leonē quē sæua fames instimulat ad deuorādum quicquid casus suppeditet. Arma nihil eis proficiebant quin Caliburnus dextera tam virtuosi regis vibratus cogeret ipsos aīas eructare cū sanguine. Duos reges Sertoriū libyæ bithyniæq; Politetem infortunium illi obtulit quos abscissis capitibus ad

Pulchra Arthuri suasio ad suos milites.

tartara direxit. Viso igitur rege suo in hunc modum decertare Britones maiorem audaciam capessunt: Romanos vnanimiter inuadunt: densata caterua incedunt. & dum ex vna parte pedestres hoc modo infestarent equestres ex alia prosternere & penetrare conantur: Resistunt tamen acriter Romani: & monitu Lucii illustris regis vicem illatæ cladis Britonibus reddere elaborabant. Tanta igitur vi in vtraq; parte pugnant ac si tunc primum recenter conuenirent. Hinc autem Arthurus sæpius ac sæpius vt prædictum est hostes percutiens: Britones ad perstandam hortabatur: illinc vero Lucius Tyberius Romanos suos, & monebat, & in præclaras probitates multotiẽs ducebat: nec ipse cessabat ferire: sed in omnes partes turmas suas circuiens quẽcũq; hostem casus offerebat, vel lancea, vel gladio perimebat. Fiebat itaq; in vtraq; parte cædes obhorrenda: quia quandoq; Britones quandoq; Romani versa vice præualebant. Postremo dum talis decertatio inter eos fieret ecce Morindus consul Claudiocestriç cum legione quã esse intra colles superius dixi subito cursu occurrit, & hostes nihil tale præmeditatos a dorso inuasit: inuadens penetrauit: penetrans dissipauit: atq; maximam stragem fecit. Tunc multa milia Romanorum cõciderunt: tunc & Lucius imperator intra turmas occupatus cuiusdam lancea confossus interiit. At Britones vsq; insequentes victoriam licet maximo labore habuerunt.

Luci9 cõfoditur.

Britones victoria potiunt.

Disgregati igitur Romani partim deuia nemora timore cogente carpebant: partim ad ciuitates & oppida atq; tutissima loca diffugiebant: quos Britones omni nisu insequendo miserabili cæde afficiunt: capiunt: dispoliant. Ita q̃ maxima pars eorum vltro manus suas protendebat muliebriter vinciendas: vt pauxillũ spatii ad viuendum haberent: quod diuinæ prouidentiæ

Notant Rmani.

M

stabat loco cũ & veteres eorũ priscis tẽporibus auos istoꝝ iniustis inquietationibus infestassent: & isti nũc libertatem quam illi eisdem demere affectabant: tueri instarent: abnegantes tributum quod illi ab ipsis iniuste exigebant.

Guyntardus Arthuro subditur.

Habita deniq; victoria illa Arthurus corpora procerũ suoꝝ ab hostilib⁹ cadaueribus separari iubet: separata autem regio more parari: parata vero ad comprouinciales abbatias deferri: vt ibidẽ honorifice sepelirent. At Beduerus pincerna ad Baiocas ciuitatẽ suã quã Beduerus primus & proauus eius ædificauerat ab Neustriensibus cum maximis lamẽtis deportatur: ibi in quodam cimiterio quod in australi parte ciuitatis erat iuxta murum honorifice positus fuit. Checudo autem ad Cadomum oppidũ quod ipse construxerat grauiter vulneratus asportatur & post paulo eodem vulnere defunctus i quodã nemore in cœnobio eremitarũ qui ibidem non longe ab oppido erant: vt decuit Andegauensium ducẽ: humatus fuit. Holdinus quoq; dux Rutenorum ad Flandriã delatus est in Teruana ciuitate sua sepultus: Cæteri autem consules & proceres: vt præceperat Arthurus ad vicinas abbatias delati sũt. Hostesq; suos miseratus iussit indigenis sepelire eos. Corpus quoq; Lucii ad senatum deferre. Mandauitq; non debere aliud tributum ex Britannia reddi. Deinde post subsequentem hyemem in partibus illis moratus est: & ciuitatem Allebrogum subiugare vacauit. Adueniente vero æstate cum Romam petere affectaret & montes transcendere incœpisset nunciat ei Modredum nepotem suum cuius tutelæ cõmiserat Britãniã eiusdem diademate per tyrannidem & per proditionem insignitum esse: reginãq; Gauhumaram violato iure priorum nuptiarum eidem nefanda Venere copulatam esse.

Lucii corpus ad senatũ fert̃ p tributo ex Britannia.

Sequitur Argumentum Cap. VII.

¶ Conuocat sibi Modredus contra Arthurū tum ex Saxonibus tū ex Scotis Pictis & Hyberniensibus q̄ maxima potest p̄sidia: ab applicāti tamē Arthuro superatus in Guyntoniā aufugit dū ibi ab Arthuro obsideretur oppidū egrediēs iterū p̄liatus est: sed ab Arthuro secūdo deuictus in Cornubiā pperauit vbi iterū obsessus: ad mortē vsq̧ p̄liari cū Arthuro pponit. Fit igitur dira pugna: vbi ipso Modredo cū ducibus suis interempto Arthurus letaliter vulneratus Britanniā Cōstantino reliquit. Cap. VII.

De hoc q̄dē cōsule Augusto Gaufridus Monemutēsis tacebit. Sed vt in Britānico p̄fato sermone inuenit, & a Galtero Oxenofordensi ī multis historiis peritissimo viro audiuit vili licet stylo breuiter tū ppalabit: q̄ p̄lia inclytus ille rex post victoriā istā in Britanniā reuersus cū nepote suo cōmiserit. Vt igit̄ infamia p̄nūciati sceleris aures ipsius attigit: cōtinuo dilata ingetatione quā Leoni regi Romanorū īgerere affectauerat: dimisso Hoelo duce Armoricanorū cū exercitu Galliarū vt ptes illas pacificaret: cōfestim cū Insulanis tātūmō regib⁹ eorūq̧ exercitibus in Britāniā remeauit. P̄dictus aūt sceleratissim⁹ pditor ille Modredus Cheldricū Saxonū ducē ī Germaniā direxerat vt ī illa quoscūq̧ posset associaret sibi & associatis q̄buscūq̧ iterū citissimis velis rediret. Spopōderat etiā se ipsi hoc pacto daturū ptē illā insulę q̄ a flumine Hūbro vsq̧ ad Scotiā porrigebatur, & quicq̄d in Cautia tp̄e Vortegirni Horsus & Hēgistus possederāt. At ille pacto ipsius p̄cepto octingētis nauib⁹ armatis Paganis plenis applicuerat: & foedore dato huic pditori quasi suo regi parebat. Associauerat quoq̧ sibi Scotos Pictos Hyberniēses & quoscunq̧ callebat habuisse suum auunculum odio. Erant autem numero octoginta milia tā Paganorū q̄ Christianorū, quorū auxilio fretus, & quorū multitudine comitatus Arthuro in Rutupū portū applicāti obuiā venit: & cōmisso

Modredus auũculo strageṁ dedit.

ꝑlio maximã stragẽ dedit applicantibus, Auguselus etenĩ rex Albaniæ & Galganus nepos regis cum innumerabilibus aliis in die illa corruerunt. Successit autẽ Auguselo in regnũ Euetus filius Vriani fratris sui qui postea ĩ decertationibus istis multis probitatibus claruit. Postq̃ tandem etsi magno labore littora adepti fuerũt mutuã reddendo cladem Modredum & exercitum ei⁹ pepulerũt ĩ fugã. Assiduis namq; debellationibus vsi sapienter turmas suas disposuerant: q̃ partim pede partim equo distributæ tali modo decertabant: q; cũ pedestre agmen ad inuadendũ vel resistendum insisteret: equestre ilico ab obliquo irruens omni nisu penetrare hostes conaretur. Vnde eos ad diffugiẽdũ coegerũt. Periur⁹ ergo ille reuocatis vndiq; suis sequẽti nocte Guyntoniã ingressus est. Quod vt Gauhumaræ reginæ annunciatũ est cõfestim sibi desperans ab Eboraco ad vrbem Legionũ diffugit atq; in templo Iulii martyris ĩter monachas eiusdem caste viuere proposuit & vitã monachalem suscepit.

Gauhumara regina iter monachas viuere proponit.



T Arthurus acriori ira accensus q̃m tot centenaria cõmilitonum suorũ amiserat: In tertia die datis prius sepulturæ peremptis ciuitatem adiuit: atq; intra eã receptũ nebulonẽ obsedit. Qui tñ cœptis suis desistere nolens: sed ipsos qui ei adhærebant pluribus modis animans: cum agminibus suis egreditur atq; cum auũculo suo ꝑliari disposuit. Inito ergo certamine facta est maxima cædes in vtraq; parte quæ tandem magis in partem illius illata coegit eũ campum turpiter relinquere. Qui deinde non multũ curans quæ sepultura peremptis suis fieret: cito remige fugã faciens Cornubiam versus iter arripuit. Arthurus aũt interna anxietate cruciatus quoniam totiens euasisset: confestim ꝓsecutus est eũ in ꝓdictam patriam vsq; ad flumen Camblã vbi ille aduentũ ei⁹ expectabat. Porro Modredus vt erat omnium audacissimus &

sempq; nihil redeundi celerrimus cõfestim milites suos p ca-
teruas distribuit affectans vincere vel mori potius q̃ prae-
dicto modo diutius fugere. Remãserãt adhuc ei ex p̃dicto
numero sociorum suorum sexaginta milia, ex quibus fecit
turmas tres: & in vnaquaq; posuit sex milia armatorum &
sexcentos sexaginta sex. Praeterea vero fecit vnam turmam
de caeteris qui superfuerãt, & vnicuiq; aliarum ductoribus
datis eam tutelae suae permisit. His itaq; distributis quem
libet eorum animabat promittẽs caeterorum possessiones
ẽis si ad triũphandũ perstarent. Arthurus quoq; suũ exer-
citũ in aduersa parte statuit quem per nouẽ diuisit agmi-
na pedestria cum dextro ac sinistro cornu quadrata & vni
cuiq; pręsidibus cõmissis hortatur vt periuros & latrones
interimant qui monitu proditoris sui de externis regio-
nibus in insulam aduecti suos eis honores demere affecta-
bant. Dicit etiã diuersos diuersorũ regnorũ Barbaros im-
belles atq; belli vsus ignaros esse & nullatenus ipsis virtu-
osis viris & pluribus debellationibus vsis resistere posse, si
audacter inuadere & viriliter decertare affectarent. Ipsis
itaq; commilitones suos hinc & inde cohortantibus subito
impetu concurrunt acies & commisso prelio crebros ictus
innectere elaborabant. Fiunt ilico in vtrisq; partibus tantę
strages: tanti morientiũ gemitus: tanti inuadẽtiũ furores
quãtos & dolorosum & laboriosum eẽt describere. Vndiq;
etenim vulnerabant & vulnerabãtur: perimebant & peri-
mebãtur. Postq̃ aũt multũ diei in hũc modũ cõsumpserũt
irruit tãdẽ Arthurus cũ agmine vno quo sex milia sexcen
tos & sexaginta sex posuerat in turmã illam vbi Modredũ
sciebat esse & viam gladiis aperiendo eam penetrauit atq;
tristissimã caedem ingessit. Cõcidit nãq; p̃ditor ille nephã-
dus & multa milia cũ eo. Nec tamen ob casum eius diffu-
giunt caeteri: sed ex omni campo confluentes q̃tum auda-
ciae dabatur resistere conantur. Cõmittitur ergo dirissima

Modredus suos per tur-mas dis-ponit.

Arthur9 etiã exer citũ dis-ponit.

Strages maxima.

Modredi caedes.

Nobiliū cædes. pugna inter eos qua omnes fere duces qui in ambabus partibus affuerāt cū suis catervis corruerūt. Corruerūt etenim in pte Modredi: Cheldric⁹: Clasius, Ebrict⁹, Brinūg⁹: Saxones: Gilla patriæ: Gillamor: Gillaser: Gillariō: Hybernēses Scoti etiā & Picti cum oībus fere qbus dn̄abantur. In parte aūt Arthuri Olbrict⁹ rex Norwegiæ. Achilles rex Daciæ Cador Lomeniæ Cassibellanus cum multis milibus suorum tam Britonum q̄ cęterarum gentiū quas secū adduxerat.

Arthuri cædes. Sed inclytus ille Arthurus rex letaliter vulneratus est q illinc ad sananda vulnera sua in insulam Auallonis aduect⁹ cognato suo Constantino & filio Cadoris ducis Cornubiæ diadedema Britāniæ cōcessit Anno ab incarnatione dn̄ica quingentesimo quadragesimo secundo.

¶ Saxones pauloante coronatum Cōstantinū persequūtur quos ille inhumanius tractans immaniter trucidatus in chorea gigantum sepelitur. Fit interim mentio de plerisque episcopis. Lib. VIII. Cap. I.



Cōstātinus regnat. Onstantino igitur diademate insignito insurrexerunt Saxones & duo filii Modredi nec in eum præualere quiuerunt: sed post plurima bella diffugiēdo vnus Lōdonias alter vero Guyntoniā igressus eas obtinere cœperūt. Tūc defūct⁹ ē sanctus Daniel Bāgornēsis ecclesię religiosissimus Antistes & Theonus Gloucestrēsis episcopus i archiepiscopatum Londoniarum eligitur. Tūc obiit sanctissimus vrbis Legionum archiepiscopus Dauid in Menenia ciuitate intra abbatiam suam quam præ cæteris suæ diœcesis monasteriis dilexerat, quia beatus Patricius qui natiuitatem eius prophetauerat ipsam fundauit. Dū enim ibi apud confratres suos moram faceret subito languore gra-

S. Daniel

S. Dauid

uatus defunctus est, & iubente Malgone Venedotorum rege in eadẽ ecclesia sepultus. Pro eo ponitur in metropolitana sede Kinotus Lampaternensis ecclesiæ antistes, & ad altiorem dignitatem promouetur.



T Constantinus insecutus est filios Modredi: & Saxones: & eos potestati suæ subiugauit: & prædictas ciuitates cepit: & alterum iuuenem Guyntoniæ in ecclesiã sancti Amphibali fugientem ante altare trucidauit: alterum vero Londoniis in quorundam fratrum Cœnobio absconditum: atq; tandem iuxta altare inuentum crudeli morte affecit. Exinde tertio anno interfectus est a Conano sentẽtia dei percussus, & iuxta Vther pendragonem intra lapidum structuram sepultus fuit, quæ haud longe a Salesberia mira arte composita Anglorum lingua Stranheng nuncupatur. Cui successit Aurelius Conanus miræ probitatis iuuenis, & ipsius nepos qui monarchiam totius insulæ tenens eiusdem diademate dignus esset si nõ foret ciuilis belli amator. auunculũ etenim suum qui post Cõstantinum regnare debuit inquietauit: atq; in carcerem posuit: eiusq; duobus filiis peremptis regnum obtinuit secundoq; regni sui anno defunctus est. Cui successit Vortiporius: in quem insurrexerunt Saxones conducentes conciues suos ex Germania maximo nauigio. Sed ipse prælium cum ipsis iniuit: & superauit: & monarchiam totius regni adeptus populum quatuor annis gubernauit cum diligentia & pace. Cui successit Malgo omniũ fere Britanniæ pulcherrimus, multorum tyrannorum depulsor: robustus armis: largior cæteris: & vltra modum probitate præclarus nisi Sodomitana peste volutatus sese deo inuisum exhibuisset. Hic etiam totam insulam obtinuit, & sex cõprouinciales oceani insulas Hyberniã videlicet atq; Islandiã Golandiã Orcades Norwegiam: Daciã: adiecitq; eas dirissimis pręliis potestati suæ.

Cõstãtinus vicit.

Vincit.

Conanus regnat.

Vortiporius.

Malgo.

¶ Catericus per ciuiles discordias Saxonibus & p eos Godmundo Aphrorũ regi ad patriæ suæ perniciem & fidei detrimentum latam viam facit.

Cap. II.

Malgoni succedit Cateric⁹

MAlgoni successit Catericus amator ciuiliũ bellorũ inuisus deo & Britonibus cui⁹ inconstãtiã cõperientes Saxones adiuerũt Godmũdũ regem Africanorũ in Hyberniam in quã maximis nauigiis aduectus gentem patriæ subiugauerat. Exinde pditione eorũ cum centũ sexaginta sex milibus Africanorũ ad Britãniã transfretauit quã in vna parte mentitæ fidei Saxones, in alia vero ciues patrię ciuilia bella inter se assidue agentes penitus deuastabant. Inito ergo foedere cum Saxonibus oppugnauit regẽ Catericũ: & post pluria bella inter eos fugauit eũ de ciuitate in ciuitatem donec eum trusit ĩ Circestriã. vbi etiã obsedit. Isembertus Ludouici regis Frãcorũ nepos venit ad eum: et cum eo foedus amicitiæ iniuit: & christianitatem suam tali pacto pro amore eius deseruit vt auxilio eius regnum Galliæ a vinculo eripere possit a quo vt aiebat vi & iniuste expulsus erat. Capta tandem prædicta ciuitate & succensa cõmisit prælium cũ Caterico & eũ fugauit vltra Sabrinam in Gallias. Mox depopulãs agros ignem cumulauit in finitimas quasq; ciuitates: qui non quieuit accensus donec cunctam pene superficiem insulæ a mari vsq; ad mare exussit: ita vt cunctæ Coloniæ cum crebris pecoribus omnesq; Coloni cũ sacerdotibus ecclesiæ mucronibus vndiq; micantibus ac flammis crepitantibus simul humi sternerẽtur. Diffugiebãt quoq; reliquæ tantis cladibus affectæ quocũq; loco ipsis cedẽtibus tutamen patebat.

Exprobratio authoris in Britãnos.

Quid ociosa gens pondere immanium scelerum oppressa: quid semper ciuilia bella sitiens te tę domesticis in tantum debilitasti motibus qui cum prius longe posita regna potestati tuæ subdideris nunc velut bona vinea de-

generata in amaritudinem versa patriam & coniuges liberosq; nequeas ab inimicis tueri? Age ergo age ciuile dissidium: parum intelligens euangelicum illum: omne regnum in se diuisum desolabitur & domus supra domũ cadet. quia ergo regnum tuũ in se diuisum fuit, quia furor ciuilis discordiæ & liuoris fumus mentem tuã hebetauit: quia superbia tua vni regi obedientiam ferre non permisit: cernis idcirco patriam tuam ab impiissimis paganis vastatam: domos etiam eiusdem supra domos ruentes qđ posteri tui in futurum lugebunt. Videbunt etenim barbaræ leænæ catulos oppida ciuitates atq; cæteras earũdem possessiones obtinere. Ex quibus misere cõpulsi prioris dignitatis statum vel vix vel nunq̃ recuperabunt.



Ostq̃ autem vt prædictum est infaustus Tyrannus cum innumerabilibus Africanorum milibus totam fere insulam vastauit maiorem partem ei⁹ quæ Loegria vocabatur præbuit Saxonibus quorum ꝓditione applicuerat. Secesserunt itaq; Britonum reliquiæ in occidẽtales regni partes, Cornubiam videlicet atq; Gaulias. Vnde crebras & ferales irruptiones incessanter hostibus fecerunt. Tres igitur archipræsules videlicet vrbis legionum Thonus Londoniensis & Tadioceus Eboracensis cum omnes ecclesias sibi subditas vsq; ad humum destructas vidissent: cum omnibus ordinatis qui in tanto discrimine superfuerant, diffugiunt ad tutamina nemorum in Gaulias cum reliquiis sanctorum timentes ne barbarorũ irruptione delerentur tot & tantorum veterum sacra ossa si ipsa in iminenti periculo desererent & sese instanti martyrio offerrent. Plures etiam Armonicanam Britãniã maximo nauigio petiuerunt: ita vt tota ecclesia duarum prouinciarum Loegriæ videlicet & Northanhumbriæ a conuentibus suis desolarentur. sed hæc alias referam cum librum de exulatione eorum transtulero.

¶Britones regni imperiũ lõgis tẽporibus partũ amittũt. Cap.III.

AMiserũt deinde Britones regni diadema seruatũ multis tpibus p insulæ monarchiã: nec pristinã dignitatẽ recuperare nitebãtur immo partẽ illã patriæ quæ eis adhuc remanserat non vni regi: sed tribus tyrannis subditã ciuilibus pliis sæpissime vastabant: Sed nec Saxones diadema insulę adepti sunt adhuc qui tribus etiam regibus subditi quandoq; sibiipsis: quandoq; Britonibus inquietationem ingerebant.

¶Mittitur Augustinus a beato Gregorio in Britanniam. Cap.IIII.

INterea missus est Augustinus a beato Gregorio papa in Britanniã vt Anglis verbũ dei pdicaret qui Pagana superstitiõne cęcati in illa insulę parte quam habebant, totam deleuerant Christianitatem. In parte aũt Britonũ adhuc vigebat Christianitas qa ab tẽpore Eleutherii papæ habita nunq̃ inter eos defecerat. Postq̃ autẽ venit Augustinus inuenit in eorũ prouincia septem Episcopatus & archiepiscopatũ religiosissimis præsulibus munitos & abbatias complures: in quibus grex domini rectũ ordinẽ tenebat. Inter cæteras ciuitates erat in ciuitate Bangor q̃dã noblissima ecclesia ĩ qua tãt⁹ fert fuisse nũer⁹ monachorũ vt cũ in septẽ portiones esset cũ prępositis sibi priorib⁹ monasteriũ diuisum nulla harũ portio min⁹ q̃ trecẽtos monachos haberet: qui oẽs labore suarũ manuũ viuebãt. Abbas aũt eorũ Dinooth vocabat: miro modo liberalibus artibus eruditus. Qui Augustino petenti ab epis Britonibus subiectionẽ & suadẽti vt secũ genti Anglorũ cõmunẽ euãgelizãdi laborẽ susciperet: diuersis mõstrauit argumẽtationib⁹ ipsos ei nullã subiectionẽ debere nec suã prædicationẽ inimicis suis impẽdere: cũ & suũ archipsulẽ haberẽt: & genus Saxonũ patriã propriã eisdẽ auferre in-

starent. Vnde eos summo habebãt odio: fideq́ & religionẽ eorũ ꝑ nihilo habebãt: nec ĩ aliquo anglis magis q̃ canib⁹ communicabãt. Edelbertus ergo rex Cãciorũ vt vidit Britones dedignantes subiectionem Augustino facere: & eosdem prędicationem suam spernere. Hoc grauissime ferens Edelfridũ regẽ Northãhũbrorũ & cęteros regulos Saxonũ instimulauit, vt collecto grandi exercitu in ciuitatẽ Bangor abbatem Dinooth & cæteros clericos q eos spernerent perditũ irent. Aquiescẽs ergo cõsilio eius collegerũt mirabilem exercitũ & ꝓuinciã Britonũ petẽtes venerunt Legecestriã vbi Broemael cõsul vrbis eorũ aduẽtũ expectabat Venerãt aũt ad eandem ciuitatem ex diuersis Britonũ ꝓuinciis innumerabiles monachi & eremitæ & maxime de ciuitate Bangor vt pro salute populi sui orarent. Collectis igitur vndiq́ exercitibus Edelfridus rex Northanhumbrorũ ꝑliũ iniuit cũ Broemael qui pauciori numero militum resistens ad vltimũ relicta ciuitate sed prius maxima strage hostib⁹ illata diffugit. At Edelfridus ciuitate capta cum intellexisset causam aduentus ꝓdictorum monachorum iussit in eos primum arma verti & sic mille ducẽti eorũ in ipsa die martyrio decorati regni cælestis adepti sunt sedem. Deinde cũ prædictus Saxonũ tyrannus Bangornẽsium vrbem peteret: audita ipsius infamia venerũt vndiq́ obuiam illi duces Britonũ Bledericus videlicet dux Cornubię & Margadud rex Demetorum: Caduanus Venedotorum & conserto prælio ipsum vulneratum in fugam ꝓpulerunt: sed & tantum numerum exercitus eius peremerunt: q̄ decem milia circiter & sexaginta sex corruerunt In parte etiam Britonum cecidit Bledricus dux Cornubiæ qui ducatum in eisdem præliis præstabat.

Mille. cc. Martyres.

Sequitur Liber Nonus & Vltimus.

¶ Vt lõgo tẽpore regni diadema amiserant Britones: elegerũt tãdẽ sibi Caduanũ in regẽ: sed cũ Edelfridus (cui fauebãt Saxones) ꝓpter regni diadema cõgredi cũ eo voluisset amicorũ ꝓcibus cõcordes efficiũtur. Horũ filii scilicet Caduallo & Eduinus (patrib⁹ defunctis) paciscũtur vt regnũ queadmodũ & eorꝫ patres regãt: sed cõuẽtionẽ factã & pactũ foedus suorꝫ cõsilio rũpit Caduallo: verũ ab Eduino e regno ꝓpellit: ꝓpulsus nũq̃ potuit regredi donec interfecto mago Hispano qui Eduinũ instruebat, ad quẽ magũ interficiẽdũ mittit Brian⁹: deide Salomonis regis Armoricanorꝫ Britonũ auxilio i patriã restitut⁹ Eduinũ iterimit.

Lib. IX. Cap. I.

Caduanus in regem.



EXinde cõuenerũt oẽs principes Britonũ in ciuitatẽ Legecestriã, cõmuneq́ꝫ assensũ habuerũt vt Caduanũ facerẽt sibi regẽ ipsoq́ꝫ duce Edelfridũ vltra Hũbrũ persequerentur. Insignitoq́ꝫ illo regni diademate vndiq́ꝫ confluẽtes Humbrũ preterierũt. Cũq́ꝫ id Edelfrido nũciatum esset, associauit sibi oẽs reges Saxonũ, obuiusq́ꝫ Caduano prexit. Deniq́ꝫ cũ cateruas suas in vtraq́ꝫ pte statuerẽt venerũt eorꝫ amici: taliq́ꝫ pacto pacẽ inter eos fecerũt vt Edelfridus trãs Hũbrũ: Caduan⁹ vero citra Hũbrũ Britãniã possiderẽt. Cũ aũt cõuẽtionẽ suã obsidib⁹ iureiurãdo cõfirmassent orta est tãta amicitia iter eos vt oĩa sua cõia haberẽt. Interea cõtigit vt expulsa ꝓpria cõiuge Edelfridus aliã duceret: expulsãq́ꝫ tãto hr̃et odio vt eã

Repudiũ

ex regno Northãhũbrię expelleret. Porro illa puerũ in vtero hñs regẽ Caduanũ adiuit: orãs vt ei⁹ iteruẽtiõe marito suo resociaret. Cũq́ꝫ id ab Edelfrido nullaten⁹ ipetrare potuisset: remãsit illa i thalamo Caduani donec dies pt⁹ filiũ quẽ cõcepat i lucẽ ꝓduxit. Nat⁹ est etiã paulo post Caduano regi filius ex cõiuge eius: nã illa eodẽ tpe grauida facta fuerat. Exinde nutriti sunt pueri vt regiũ genus decebat quorꝫ alter videlicet Caduallo nũcupat, alt vero Eduinus

Interea cum pgressior ętas ipsos in adolescẽtiã pmouisset: miserunt eos parẽtes ad Salomonẽ regem Armoricanorũ Britonũ vt in domo eius documẽta militię cæterarũq₃ curialiũ cõsuetudinũ addiscerent. Excepti itaq₃ diligenter ab eo in familiaritatẽ ipsius accedere cœperũt: ita vt nõ esset alter ætatis eorum in curia qui posset cũ rege aut esse secretius aut loqui iucundius: deindeq₃ frequenter ante illũ in pliis cõgressũ cũ hostibus faciebãt: virtutẽq₃ suã pclaris pbitatibus insignẽ agebant. Succedente tandem tempore defunctis parẽtib9 ĩ Britãniã reuersi sunt susceptoq₃ regni gubernaculo eam amicitiam quã prius patres eorꝝ, exercere cœperũt. Emẽso deĩde Biẽnio rogauit Caduallonẽ Eduinus vt sibi diadema habere liceret celebraretq₃ statutas solennitates in partib9 Northãhũbrorũ queadmodum ipse citra hũbrũ antiquo more cõsueuerat. Cũq₃ inde iuxta fluuiũ Duglas colloqũ facere incœpissent disponẽtibus sapiẽtioribus vt melius fieri poterat: iacebat Caduallo ĩ alia pte fluminis in gremio cuiusdam nepotis sui quẽ Brianũ appellabãt. At dũ legati hinc & inde mutua respõsa deferrẽt fleuit Brianus lachrymæq₃ ex oculis ei9 manãtes ita ceciderũt vt faciẽ regis & barbã irrorarent qui imbrẽ cecidisse ratus erexit vultũ suũ vidẽsq₃ iuuenem in fletũ solutũ causam tã subitæ mœstitiæ inquisiuit. cui ille: flẽdũ mihi est, gentiq₃ Britonũ ppetuo: q̃ a tpe Malgonis barbarorꝝ irruptione vexata nõdũ adepta est talem principem q̃ eã ad pristinam dignitatẽ reduceret. Adhuc etiã id tãtillũ honoris quod ei remanebat te patiente minuitur, cũ aduenæ Saxones q semp pditores eius extiterãt in vno cũ illo regio diademate incipiant insigniri. Noĩe etẽm regis elati famosiores p patriã ex qua venerunt efficiẽt citiusq₃ cõciues suos inuitare poterũt q genus nostrũ exterminare ĩsistẽt. Cõsueuerũt nãq₃ pditionẽ semp facere nec vlli firmã fidẽ tenere Vnde a nobis opprimẽdos esse nõ exaltãdos cẽserem: cum

Caduallo & Eduin9 amici vt eorũ prẽs fiũt

ipsos primo rex Vortegirnus retinuit sub vmbra pacis remāserūt, quasi ꝑ patria pugnaturi: sed cū neq̃tiā suā manifestare quiuerūt malū ꝑ bono reddētes ꝓdiderūt eū, populūq; regni sęua clade affecerūt. prodiderūt deinde Aureliū Ambrosiū: cui post horrida sacramēta vna cū eo cōmunicātes venenū potare dederūt. Prodiderūt quoq; Arthurū q̃ cū Modredo nepote suo post posito iure quo obligati fuerāt cōtra illū dimicauerūt. Postrēo Caretico regi fidē mētiētes Gormōdū Aphricanoꝝ regē sup ipm cōduxerūt: cui⁹ inq̃etatiōe pr̃ia ciuib⁹ erepta ē: & ꝓdict⁹ rex īdecēter expulsus.

¶ Hęc eo dicēte pœnituit Caduallonē īceptę pactiōis: mādauitq; Eduino q̄ nullatenus a consiliariis suis impetrare poterat vt ꝑmitterēt eū petitioni illius acq̃escere. Aiebant eñ cōtra ius veterūq; traditionē esse insulā vnius coronę duobus coronatis submitti debere. Iratus igit̄ Eduinus dimisso colloquio secessit in Northāhūbriā dicēs sese sine venia Caduallonis regali diademate initiādū. qd̄ cū Caduallonī indicatū esset: nūciauit ei ꝑ legatos se ei caput amputaturū sub diademate si intra regnū Britāniæ se coronari pręsumeret. Orta igit̄ discordia īter eos: cū vtroruq; hoīes sese plurimis decertatiōib⁹ inq̃etauissent: Cōueniūt ambo vltra Hūbrū factoq; cōgressu amisit Caduallo multa milia suoꝝ, & in fugā versus est. Arrepto quoq; ꝑ Albaniā itinere Hyberniā insulā adiuit. At Eduinus vt triūpho potitus fuit: ducit exercitū suū ꝑ ꝓuincias Britonū: cōbustisq; ciuitatib⁹: ciues & colonos plurib⁹ tormētis affecit. Dū aūt sæuitię suę indulgeret: conabat̄ Caduallo semꝑ nauigio in patriā suā reuerti: nec poterat q̄a ad quēcūq; portū applicare incipiebat: obuiabat ei Eduinus cū multitudine sua introitūq; ei negabat. Venerat nāq; ad eū quidā sollertissimus augur ex Hispania vocabulo Pellitus q volat⁹ volucrū cursusq; stellarū edoct⁹ ꝓdicebat ei oīa infortunia q̄ accidebāt. Vn̄ reditu Caduallonis notificato obuiauit ei Eduin⁹ naꝑ

Dissidiū inter Caduallonē & Eduinum.

Caduallo vicit.

Pellitus augur.

nesq; eius illidebat ita vt mersis sociis eidē oēm portū abnegaret. Nescius ergo Caduallo qd faceret: cū fere in desperationē reuertēdi incidisset: tandē apud se deliberat, ꝙ Salomonē regē Armonicanorū Britonū adiret: rogaretq; illū auxiliū & cōsiliū quo in regnū suū reuerti queat. Cūq; vela Armoricā versus dirigeret, tēpestates ex improuiso validæ ruūt: dispergūtq; naues sociorū eius ita vt ī breui nullacū altera remaneret. Inuasit ilico timor nimiꝰ rectorē nauis regis quā relicto remige dispositiōi fortūæ cōmisit. Vt igitur cū p̄iculo mortis tota nocte iter obstātes vndas nūc huc nūc illuc expulsa fuit: in sequētis diei aurora applicuerūt in quādam īsulā q̄ Garnareia nūcupat̄: vbi maxīo labore nacti sunt tellurē. Occupauit cōtinuo Caduallonē tātꝰ dolor ob suorū sociorū amissionem vt tribus diebus & noctibus cibo vesci aspernaret̄: ac in lecto infirmatus iaceret. Quarto deinde instāte die cœpit eū maxima cupiditas edēdi ferinā carnē: vocatoq; Briano indicauit quod concupiscebat. At ille sūpto arcu cū pharetra iuit ꝑ insulā vt si casus aliquā ferā afferret: escā ille ex ea acq̄reret. Cūq; eā totā ꝑagrasset nec id quod q̄rebat reꝑiret maximis cruciatꝰ est angustiis q̄a domini subuenire neq̄ret affectui. Timebat eī ne mors infirmitatem illius sequeretur: si appetitū suū explere nō valuisset. Vsus ergo arte noua scidit femur suū & inde frustū carnis abstraxit: paratoq; veru torruit illud: & ad regem ꝑ venatione portauit. Mox ille ferinā carnē esse existimās cœpit ea vesci & sese reficere: admirans se tātam dulcedinem in aliis carnibus nō reperisse. Satiatus tandem hilarior factus est & leuior: ita vt post tres dies totus sanꝰ fieret. Incūbēte deīde cōgruo vento armamēta nauis parat: erectoq; velo æquoreū iter aggrediuntur & in Kidalectam vrbē applicāt. Deinde veniētes ad regē Salomonem suscepti ab illo sunt benigne & vt decebat venerati: & cū eorū aduētus causā didicisset auxiliū eis in hūc sermonē p̄misit.

Briani vt regi suo succurreret factū inauditū.

¶Salomonis regis Armoricanorũ Britonũ ad Caduallonẽ regem Britanniæ maioris Oratio. Cap.II.

DOlendum est vobis egregii iuuenes patriã auorũ vestrorum a Barbara gente oppressam esse & vos ignominiose expulsos: & cum cæteri homines regna sua tueri queant mirũ est populum vestrũ tam foecundam insulam amisisse: nec genti Anglorũ quam nostrates pro vili habebant: resistere posse. Dũ gens huius meæ Britanniæ vna cum inhabitantibus in vestra Britannia cohabitaret: dominabat̃ princeps omniũ prouincialiũ regnorũ. nec fuit vspiam populus præter Romanos qui eam subiugare quiuisset. Nec hoc quidẽ per suã potestatem Romani fecerunt vt mihi nuper dictum est: sed per dissidium inter nobiles dictæ insulæ ortum. Romani autẽ licet eam ad tempus subditam habuissent amissis rectoribus suis ac interfectis cum dedecore expulsi abscesserunt. Sed postq̃ Maximianus & Conanus duces ad hanc venerunt prouinciã residui qui remanserũt nunq̃ eam a deo deinceps gratiam habuerunt: vt regni diadema continue haberent. Quãq̃ eñi multi principes eorum antiquã patrũ dignitatẽ seruarent plures tamen debiliores hęredes succedebant qui eã penitus inuadẽtibus hostibus amittebant: vnde debilitatẽ populi vestri doleo cũ ex eodẽ genere simus: & sic Britones nominemur sicut & gens regni vestri: quia patriã quã videtis omnibus vicinis aduersatam viriliter tuemur.

¶Responsio Caduallonis ad Salomonem. Cap.III.

Nota cur degenerauerint Britones.

POstq̃ his finẽ dicendi fecit: aliquãtulũ verecũdãs Caduallo in hũc modũ respondit. Gratias multimodas tibi ago rex regibus atauis edite: quia auxilium mihi promittis vt regnũ meũ recuperẽ: in hoc aũt ꝙ dicebas gentẽ meã mirũ esse non seruasse auorum dignitatem postq̃ Britones ad has ꝓuincias venerũt: nequaq̃ id

admirandū censeo. Nobiliores nāq; totius regni prędictos duces secuti fuerūt, & ignobiles remāserunt qui ipsorū potiti sunt honoribus. Qui cū vicem nobiliū obtinere coepissent extulerūt se vltra q̄ dignitas expetebat, & ob diuitiarū affluētiā superbi: tali & tātæ coeperunt luxurię indulgere: qualis nec inter gentes audita est: & vt Gildas historicus testatur nō solū hoc vitiū: sed omnia quæ humanæ naturę accidere solēt perpetrabātur: & pcipue qđ totius boni euertit statū: odiū veritatis cū assertoribus suis: amorq; mēdacii cū fabricatoribus suis: susceptio mali pro bono: veneratio nequitiæ pro benignitate: exceptio sathanæ pro angelo lucis. Vngebātur reges nō propter deū: sed qui cęteris crudeliores extarēt: & paulo post ab vnctoribus nō pro veri examinatione trucidabātur: aliis electis trucioribus. Si quis vero eorū mitior & veritati aliquatenus ppior videret: in hūc quasi Britāniæ subuersorē oīm odia telaq; torquebātur. Deniq; oīa q̄ deo placebāt & displicebāt ęquali lance inter eos pēdebāt si nō grauiora eēnt displicētia. Itaq; agebātur cūcta quæ saluti fuerāt cōtraria: ac si nihil medicinæ a vero oīm medico largiret. Et nō solū hęc seculares viri: sed & ipse grex dñi eiusq; pastores sine discretione faciebant. Nō igit admirandū est degeneres tales deo ob talia scelera inuisos patriā illā amittere quā pdicto mō maculauerant. Volebat etenī deus vindictā ex ipsis sumere dū externū populū supuenire passus est q nos patriis agris extermlaret. Dignū tñ eēt si deus pmitteret: ciues pristinę dignitati restituere: ne generi nostro opprobriū sit nos debiles fuisse rectores q tpe nŕo in id nō desudauerimus. Idē etenim nobis atauus fuit: vnde auxiliū tuū securi⁹ postulo. Malgo nāq; sūmus ille rex Britānię q post Arthurū quart⁹ regnauerat duos genuit filios, quorū vn⁹ Ennian⁹, alter vero Run vocabat. Ennian⁹ aūt genuit Belin: Belin Iagonē: Iago Caduanū patrē meū. Run aūt qui post obitū fratris expulsus fuit

Non mirādū gentē Britonū pp̄ter eorū scelera suā propriā patriā amisisse .s. Britāniā quā Angliam ab Anglis nūc vocant.

inquietatione Saxonum hāc puīciā adiuit: deditq; filiam suā Hoelo duci filio magni Hoeli: qui cū Arthuro patrias subiugauerat. Ex illa nat⁹ est Alanus: ex Alano Hoelus pater tuus qui dum vixit toti Galliæ non minimum inferebat timorem.

Alanus.

Brian⁹ mittit i Britāniā ad Magū iterficiēdū. Cap. IIII.

INterea hyemante eo apud Salomonem cōsilium inierūt: vt Brianus in Britāniā transfretaret magumq; Eduini regis aliquo mō perimeret ne solita arte aduentum Caduallonis ei indicaret. Cumq; in portū Hamonis applicuisset finxit se intra vestimēta cuiusdā pauperis pauperē: fecitq; sibi baculum ferreū & acutum quo Magum interficeret si illū casus obtulisset. Deinde prexit Eboracum. Nam tunc Eduinus in eadē vrbe manebat. Vt igit illam ingressus est associauit se pauperibus qui ante ianuā regis eleemosynā expectabant. Eunte aūt eo & redeūte egressa est soror eius ex aula hñs peluim quandā in manu: vt aquā reginæ apportaret. illam rapuerat Eduin⁹ ex vrbe Guigornēsium dum post fugā Caduallonis p puīcias Britonum discurreret. Cum itaq; ante Brianū pteriret agnouit eam continuo & in fletū solut⁹ eam demissa voce vocauit. Ad vocem ergo ipsius faciem puella vertens dubitauit primo qs ipse esset. At vt ppius accessit agnito fratre pene in extasi collapsa est timens ne aliquo infortunio notificatus ab hostibus caperetur: postpositis osculis & familiaribus verbis indicauit fratri breuiter quasi aliud loquens statum curiæ & Magū quem ipse quærebat qui forte tūc inter pauperes deambulabat dum eleemosyna eisdē distribueret. Porro Brianus vt viri notitia vsus est pcepit sorori nocte sequenti ex thalamis furtim egredi & ad se extra vrbem iuxta quoddam templum vetus venire vbi ipse aduentum eius in crepidinib⁹ loci expectaret. Deinde intromisit se intra turbam pauperum in parte illa vbi Pellitus ipsos collocabat. Nec mora: cum aditum pcutiēdi ha-

bebat erexit hastam quam supra dixi infixitq; sub pectore Magi: atq; eodē ictu interfecit. Mox proiecto baculo inter cęteros delituit nulli astātiū suspectus, & p̄fata latibula fauēte deo petiuit. At soror instante iam nocte pluribus modis egredi conata est: nec valuit, quia Eduinus ob necē Pelliti exterritus vigiles circa curiā posuerat: qui queq; abdita explorantes: egressum ei abnegabāt. Cūq; id cōperisset Brianus recessit ex illo loco, iuitq; Exoniā, conuocatis Britonibus ea quę fecerat notificauit, missis postmodū ad Caduallonē legatis muniuit vrbē illā: mādauitq; vniuersis Britonū proceribus, vt oppida sua & ciuitates defensare insisterent, Lętiq; aduentū Caduallonis expectarent: qui in breui Salomonis auxilio fretus eis p̄sidio veniret. Hoc itaq; per totā insulā diuulgato Peanda rex Merciorum cū maxima multitudine Saxonū venit Exoniam Brianūq; obsedit.

Magus interimitur.

¶Caduallo Peandam capit & exercitū eius cōficit. Cap. V.

INterea applicuit Caduallo cū decem milibus militū quos ei Salomon rex cōmiserat: petiuitq; celeriter obsidionē quā prædictus rex tenebat: vt autē cominus perrexit: diuisit milites suos in quatuor turmas hostesq; suos adire non distulit. Conserto deinde prelio captus est Peanda cōtinuo & exercitus eius peremptus. Cūq; ipse aliū aditū salutis nō haberet: subdidit se Caduallonī dedítq; obsides promittens sese cum illo Saxones inquietaturū. Triumphato illo cōuocauit Caduallo proceres suos multo tēpore dilapsos: petiuitq; Northāhumbriā contra Eduinū, patriāq; vastare nō cessauit. Qđ cū Eduino nūciatū esset: associauit sibi omnes Anglorū Regulos, & in cāpo qui Hedfeld appellatur obuiā veniēs: bellū cū Britonibus cōmisit. Illato ocyus prelio interficitur Eduinus & totus fere populus quē habebat: necnō & filius eius Offridus cū Godboldo rege Orcadum qui eis in auxilium venerat.

¶Postq̃ Caduallo aduersus Saxões victor extiterat Peãdā Saxonē captiuū ad Oswaldū mittit debellandū: ab ipso tñ Oswaldo deuicit̃ ꝓpter crucis reuerẽtiā quā īter suos cõmilitões erigi fecerat & honorari preceperat. At scđo ipm Oswaldū Peãda iuadẽs īterimit. Oswaldo succedit Osun⁹ ei⁹ frater q se Cadualloñi submittit: vt sibi ī pace viuere cõcedat: sed Peãda cū mediū q̃reret quo Osunū ingetaret habita a Cadualloñe licẽtia cū eo cõgredit̃ & ab ipso interficit̃. Deīde Caduallo senio cõfectus ab hoc seculo migrauit: cui succedit Caualladr⁹ fili⁹ ei⁹: quo regnãte tãta fames tãtaq; pestilentia Britones inuadit ꝙ patriam deserere cogũtur. Cũ aũt Caualladr⁹ Britãniā repetere voluisset, disposita classe, vocē de cælo audit dicentē deū id nolle donec veniat tempus quod Merlinus prophetauerat. Cap. VI.

Habita igit̃ victoria Caduallo vniuersas anglorꝝ ꝓuīcias ꝑuagãdo ita debacchat⁹ ē ī Saxões: vt vix sexui quidem muliebri vel paruulorꝝ ętati parceret: qñ oĩne genus anglorũ ex finib⁹ Britãniæ abradere volens: quoscũq; repiebat inauditis tormẽtis afficiebat. Deinde cõmisit ꝓliū cū Offrido q Eduino successerat: atq; illū interemit & duos nepotes ei⁹ q post illū regnare debuerũt: sed & Caduanū regem Scotorũ q eis auxilio venerat. ¶His itaq; īterfectis successit Oswaldus ī regnū Northãhũbriæ quē Caduallo post cęteros ingetatū a ꝓuīcia in ꝓuīciam vsq; ad murū quē Seuer⁹ Impator olim īter Britãniā Scotiāq; cõstruxerat fugauit. ¶Postea misit Peandam regē Merciorũ & maximā partem sui exercitus ad eū locū: vt cum eo bellū cõfereret. At Oswaldus dū a ꝑdicto Peãda in loco q vocat̃ Hemelfeld. i. cęlestis cãpus, quadã nocte obsideret: erexit ibidem crucem dñi & cõmilitõibus suis indixit, vt suprema voce in hęc verba clamarẽt. Flectamus genua omnes & deū oĩpotẽtē viuum & verū in cõmune dep̃cemur: vt nos ab exercitu sup̃bo Britãnici regis & eiusdẽ nepha-

ali ducis Peandæ defendat. Scit eni ipse: quia iusta p salutẽ gẽtis nostrę bella suscepimus. Fecerũt ergo oẽs vt iusserat: & sic incipiẽte diluculo in hostes progressi iuxta suæ fidei meritũ victoria potiti sunt. Quod vt Caduallonì nũciatũ fuit acri ira ignescẽs: collegit exercitũ suũ: & sanctũ regem Oswaldum insequutus est: & collato plio in loco qui Burne vocatur irruit in eum Peanda atq; interfecit.

Oswaldus a Peanda interficit.

PEremptó igitur Oswaldo cũ multis milibus suorũ successit ei in regnũ Northãhũbriæ frater eius Osun⁹, qui multa donaria auri & argẽti Caduallonì toti iam Britanniæ imperãti donans: pacem eius adeptus est, & sese ipsi submisit. Nec mora insurrexerũt in eũ Alfridus frater eius & Iodualdus filius fratris eius. Sed cũ perstare nequiuissent diffugerũt ad Peandã regẽ Merciorũ ipm ĩpẽse orãtes vt collecto exercitu cũ eis trans Humbrũ iret: regiq; Osuno regnũ suũ auferret. At Peãda timẽs pacẽ infringere quã rex Caduallo per regnũ Britãnię statuerat distulit sine licẽtia ipsius inquietationẽ incipere donec illũ aliquo modo incitaret: vt & ĩ Osunũ regẽ insurgeret & sibi congrediendi cum eo copiã cõcederet. Quadã igitur solennitate pentecostes cum rex Caduallo diadema Britanniæ portando festum Londoniis celebraret: & vniuersi Anglorũ reges pręter Osunũ solũ, necnõ & Britonũ duces adessent adiuit Peanda regem, & ab eo quęsiuit: cur Osun⁹ solus aberat: cum cæteri Saxonũ principes adessent. Cui cũ Caduallo respõdisset ipsum infirmitatis causa deesse: adiecit ipse dicẽs illũ misisse ppter Saxones in Germaniã vt fratrẽ suũ Oswaldũ in ipsos vtrosq; vindicaret. Adiecit etiã illũ pacẽ regni infregisse qui solus prælium & contentionẽ inter eos inceperat cũ Edelfridũ regẽ Northãhũbrorũ & Iodualdum fratris sui filium bellis inquietatos a patria ppria expulisset. Petiuit quoq; licẽtiã vt eũ interficeret, vel a regno fugaret. Rex igit in diuersas meditationes inductus

familiares suos seuocauit praecepitq̃ cōiicere quid sup tali re existimarēt. Cōiiciētib⁹ eis plura Margadud rex Demetiorū inter ceteros dixit dñe mi qm̄ omne genus anglorū te ex finibus Britanniae expulsurū ꝓposuisti cur a proposito tuo diuerteris & ipsos inter nos in pace viuere pateris? Eia ergo permitte saltem vt ipsi inter semetipsos ciuilē habeant discordiam & mutuis cladibus affecti a patria nostra exterminent. Nō est enim fides illi seruāda qui semper insidiatur: vt eū cui eā debet versutis laqueis capiat. Saxones ergo ex quo primū patriā nostrā ingressi sunt, semp insidiātes gentē nostrā ꝓdiderūt. Quā itaq̃ fidē eis tenere debemus? Da ocyus Peādae licētiā vt in ꝑdictū Osunū insurgat: vt sic ciuili discordia inter eos exorta alter alterū perimens ab insula nostra deleant. His igitur & pluribus aliis dictis motus Caduallo Peandae licētiā dedit cōgrediēdi cū Osuno q deinde collecto innumerabili exercitu petiuit Hūbrū & puiciā eiusdē patriae vastādo ꝑdictū regē acriter coepit ingetare. At Osun⁹ ad vltimū necessitate coact⁹ ꝓmisit ei innumera regia ornamēta & maiora donaria q̄ credi pōt vt patriā suā vastare desineret & ꝑtermissa ingetatiōe quā incepat domū rediret. Cūq̃ ille ꝑcib⁹ ei⁹ nullaten⁹ assensū ꝓberet: rex ille ad diuinū respiciens adiutoriū licet minorē haberet exercitū īiuit tn̄ ꝓliū cū illo iuxta fluuiū Winned & de Peāda necnō & triginta ducib⁹ pereptis victoriā adeptus est. Interfecto igit̄ Peāda Vlfredus fili⁹ eiusdē donāte Caduallōe successit ī regnū q cōsociat̄ Eba & Edberto merciorū ducibus rebellauit aduersus Osunū sed iubēte tādē Caduallone pacē cū illo habuit. Cōpletis tandē q̄dragintaocto annis nobilissim⁹ ille atq̃ potētissim⁹ Caduallo Britonū rex senio & īfirmitate grauat⁹. x. Kalēdas Decēb. ab hoc seculo migrauit. Cui⁹ corp⁹ Britōes balsamo & aromatib⁹ cōditū in q̄dā aenea imagine ad mensurā staturae eius fusa mira arte posuerunt. Imaginē aūt illā super aeneum equū

Saxones taxant.

Peanda ab Osuno interficitur.

Vlfred⁹ regnat

Caduallo. mors & mira sepultura.

miræ pulchritudinis armatam & sup occidentalē portā lūdoniarū erectā in signū pdictę victoriæ & Saxonib⁹ in terrorē statuerūt. Sed & ecclesiā subtus in honorē sancti Martini ædificauerūt in qua p ipso & fidelib⁹ defunctis diuina celebrantur obsequia.



SVscepit itaq; regni gubernacula Caualladrus filius eius quē Beda Elidualdam iuuenem vocat: dr⁹ Cad & ī initio viriliter & pacifice tractauit. At cū duo uallonidecim annos post sumptū diadema præteriisset ī infirmita succeditem cecidit & ciuile dissidiū inter Britones ortū est. Ma- in regnū ter eius fuerat soror Peandæ: patre tantū: matre vero diuersa ex nobili genere Genuisseorū edita fuerat. Eam memoratus rex Caduallo post factam cum fratre cōcordiam in societatem thori accepit & Caualladrum ex illa genuit. Quo igitur vt dicere coeperam languente discordia affici Quid untur Britones & opulentam patriam detestabili dissidio Britōes destruunt. Accessit etiam aliud infortunium: quia fames a Britādira ac famosissima insipienti populo adhæsit: ita vt toti⁹ nia discecibi sustentaculo quæq; vacuaretur puincia excepto vena dere coętoriæ artis solatio. Quam eandē famem pestifera mortis git. lues consecuta est: quæ in breui tantam populi multitudinem strauit: quantā non poterant viui humare. Vnde miseræ reliquiæ patriam factis agminibus diffugiētes transmarinas petebant regiones cum vlulatu magno sub velorum funibus hoc modo cantantes. Dedisti nos deus tanq̄ oues escarū in gentibus disperdidisti nos. Ip se etiā rex Caduualladrus cū nauigio miserabili Armonicam petens prędictum planctum hoc modo augebat. Vę nobis peccatori- Caualla bus ob immania scelera nostra: quibus deum nullatenus dri lamē offendere diffugimus: dum poenitentiæ spatium habe- tatio. bamus. Incumbit ergo illius potestatis vltio: quæ nos ex natali solo extirpat: quos olim nec Romani nec deinde Scoti vel Picti: nec diuersæ Saxonum proditiones extermina-

requiuerũt. Sed inuanum patriam contra illos totiens recuperauimus: cũ nõ fuit dei voluntas vt in ea perpetuo regnaremus. Ipse verus iudex cum vidisset nos nullatenus a sceleribus nostris cessare velle: ac neminẽ genus nostrũ a regno expellere posse: volens corripere stultos, indignationẽ suam direxit: qua patriã dignitatẽ deserimus cateruatim. Redite ergo Romãi: redite Scoti & Picti: redite Ambrones & Saxones: ecce patet vobis Britãnia ĩ ira dei deserta: quã vos desertã facere nequistis: nõ nos fortitudo vestra expellit: sed sũmi regis potẽtia: quã nũq̃ offendere distulimus.

Britones nõ hominũ vi sed dei ira Britãniã deserũt.



T igitur inter hos & alios gemitus in Armoricanũ littus appulsus fuit: venit cũ multitudine sua ad regẽ Alanũ Salomonis nepotẽ: & ab illo digne susceptus est. Britãnia ergo cũctis ciuibus exceptis paucis quibus in Galliarũ ptibus mors pepercerat desolata p vndecim annos Britonibus horrẽda fuit. Saxonibus autẽ eadẽ tẽpestate ingrata: qa in illa sine intermissione moriebantur. Quorꝫ residui cũ tã feralis lues cessauisset cõtinuũ morẽ seruãtes nunciauerunt cõciuibus suis Britãniã insulã indigena gẽte carentẽ facile illis subdendã si in illa habitaturi cõuenirent. Quod cum ipsis indicatum fuisset nephãdus populus ille collecta innumerabili multitudine virorꝫ ac mulierum: applicuit in partes Northãhumbriæ: & desolatas prouincias ab Albania vsq; ad Cornubiam inhabitauit. Non enĩ erat habitator qui prohiberet præter pauperculas Britonũ reliquias quę superfuerãt: quę in nemorꝫ abditis in Galliis cõmanebãt. Ab illo tempore Britonum potestas in insula cessauit: & Angli regnare cœperunt.



Einde cũ aliquãtulũ tẽporis emẽsum esset & pdictus populus roborat9 fuisset recordat9 Cadualladrus regni sui a supradicta cõtagione purificati auxiliũ ab Alano pẽtiuit: vt pristinę potestati restitueret. at cũ id a rege ĩpetrasset intonuit ei vox angelica dũ classem

Vox Angelica ad Caduallladrum.

pararet vt coeptis suis desisteret. Nolebat em̃ de⁹ Britones in insula Britanniæ diutius regnare anteq̃ tempus illud venisset qđ Merlin⁹ Arthuro pphetauerat. Præcepit etiã illi vt Romã ad Sergiũ papã iret vbi pacta poenitẽtia inter beatos annumeraret. Dicebat populum Britonũ p meritũ suæ fidei insulã in futuro adepturũ postq̃ fatale tempus su perueniret. Nõ id tamen prius futurũ q̃ Britões reliquiis eius potiti illas a Roma in Britanniã asportarẽt. Tũc deide reuelatis etiam cæterorũ sanctorum reliquiis q̃ pp̃ter paganorum irruptionẽ absconditæ fuerant, amissũ regnũ recuperarent. Quod cum auribus beati viri nũciatũ fuisset: accessit ilico ad Alanũ regem & qđ sibi indicatũ fuerat reuelauit. Tũc Alanus sumptis diuersis libris & de pphetiis Aquilæ q̃ Sephoniæ pphetauit & de carminib⁹ Sibyllæ ac Merlini coepit scrutari omnia vt videret an Caualladri reũelatio scriptis oraculis concordaret: & cũ nullã discrepãtiã reperisset: suggessit Caduualladro vt diuinæ dispẽsationi pareret: & Britannia postposita quod angelic⁹ ei pcepe rat monitus pficeret. Filiũ aũt suũ Iuor: ac Iuy nepotẽ suũ ad reliquias Britonum regendas in insulã dirigeret: ne gẽs antiquo illorum genere edita: libertatem Barbarica irruptione amitteret. Tũc Caduualladrus abiectis mũdialibus pp̃ter deũ regnũq; ppetuũ venit Romam: & a Sergio papa cõfirmatus: inopino etiã lãguore correpť⁹: duodecima autẽ die Kalẽdarũ Maiarũ anno ab incarnatione dñica sexcentesimo octogesimo nono a cõtagione carnis solutus coelestis regni aulam ingressus est. Mors Caualladri.

CVm aũt Iuor & Iuy naues sibi collegissent quas potuerunt associauerunt sibi: & applicuerunt in insulam atq; .xlix. annis gentem anglorum sæuissima inquietatione affecerunt: sed nõ multũ pfuit. Supradicta nãq; mortalitas & fames atq; cõsuetudinarium dissidium intantũ coegerat populũ superbũ degenerare q; ho-

stes longius arcere nequiuerãt. Barbarie etiã irrepẽte iam nõ vocabant Britones: sed Gualẽses: vocabulũ siue a Gualone duce eorũ, siue a Gualae regina, siue a Barbarie trahẽtes. At Saxones sapientius agẽtes pacẽ & cõcordiã inter se habẽtes: agros colentes: ciuitates & oppida reædificãtes & sic abiecto Britonũ dominio iam toti Loegriæ imperauerant: duce Adelscano, qui primus diadema inter eos portauit. Degenerati autẽ a Britãnica nobilitate Gualenses nũq̃ postea monarchiam insulæ recuperauerũt: immo, nũc sibi interdũ Saxonibus ingrati consurgentes internas atq̃ domesticas clades incessanter agebant.

Primus Anglorũ rex.

Regges autẽ illorum qui ab illo tempore in Gualiis successerunt: Karadoco Laucarbanensi contẽporaneo in hac materia scribendos permitto. ¶ Reges vero Saxonũ Guillermo Maluesberiẽsi & Hẽrico Hontendonẽsi. Quos de regibus Britonũ tacere iubeo cũ nõ habeant illum librũ Britãnici sermonis quẽ Gualterus Oxenofordensis archidiaconus ex Britannia aduexit. quẽ de historia eorũ veraciter editũ in honore prędictorũ principum hoc modo in latinũ sermonẽ transferre curaui.

Peroratio authoris.

Finis.

Io. Badius Ascensius Lectori Sa.

¶ Habes itaq̃ lector bone: nouẽ libros de Origine & gestis regũ vtriusq̃ Britãnię potius antiqua fide (q̃ prima virtus historiæ est) q̃ verborũ lepore suffultos: in q̃bus si diligenter legeris: agnosces aut merã antiquitatis integritatem: aut admirandã illius seculi: cũ in noĩbus: & rebus fingendis: tum vero in tẽporibus supputandis calliditatem. Vtcũq̃ censueris penes authorem sit fides: nos ne rerũ quicq̃ immutasse incusemur: verba subinde minus speciosa mutare noluimus. Boni igit̃ consule: & antiquissimã historiã e situ multo labore erutam precio suo redime ac Vale.

Ex ædibus nostris iterũ Ad Idus Septẽb. Anni. MDXVII.

Vente Vergauwen Avril 1884 · 947 & 34.

Lik

15 fr





